Κβ
24
ΥΔΑΣΤΗΡΙΟ
. ΦΙΛΟΛΟΓΙΑΣ

ΕΚΠΑ - Βιβλιοθήκη Κλασσικής Φιλολογίας
1105010011928

THUCYDIDIS RELIQUIAE IN PAPYRIS ET MEMBRANIS AEGYPTIACIS SERVATAE

KB 24

COLLEGIT

FRIDERICUS FISCHER

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXIII

…tertum; … in Leipzig u. Berlin

…schaftlicher Kommentare zu griechischen und … Schriftstellern.

…ologeten, zwei griechische. Erklärt von J. Geffcken. [XLIII u. 3?? S.] gr. 8. 1907. Geh. ℳ 10.—, geb. ℳ 11.—

Aetna. Erklärt von S. Sudhaus. [X u. 230 S.] gr. 8. 1898. Geh. ℳ 6.—, geb. ℳ 7.—

Die pseudoxenophontische Athenaion Politeia. Einleitung, Übersetzung, Erklärung von E. Kalinka. [V u. 324 S.] gr. 8. 1913. Geh. ℳ 10.—, geb. ℳ 11.—

Catulli Veronensis liber. Erklärt von G. Friedrich. [V u. 560 S.] gr. 8. 1908. Geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 13.—

Johannes von Gaza und Paulus Silentiarius. Von P. Friedländer. [V u. 310 S.] gr. 8. 1912. Geh. ℳ 10.—, geb. ℳ 11.—

Lucretius, De rerum natura Buch III. Erklärt von R. Heinze. [VI u. 206 S.] gr. 8. 1897. Geh. ℳ 4.—, geb. ℳ 5.—

Philostratos, über Gymnastik. Von J. Jüthner. [VIII u. 336 S.] gr. 8. 1909. Geh. ℳ 10.—, geb. ℳ 11.—

Sophokles, Elektra. Erklärt von G. Kaibel. 2. Abdruck. [VIII u. 310 S.] gr. 8. Geh. ℳ 6.—, geb. ℳ 7.—

P. Vergilius Maro, Aeneis. Buch VI. Erklärt von E. Norden. [XI u. 483 S.] gr. 8. 1903. Geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 13.—

Apelt, O., Platonische Aufsätze. [VI u. 296 S.] gr. 8. 1912. Geh. ℳ 8.—, geb. ℳ 9.—

Belzner, E., Homerische Probleme. I. Die kulturellen Verhältnisse der Odyssee als kritische Instanz. Mit einem Nachwort (Aristarchea) von A. Roemer. [VI u. 202 S.] 8. 1911. Geh. ℳ 5.—, geb. ℳ 6.50. II. Die Komposition der Odyssee. [XIII u. 270 S.] gr. 8. 1912. Geh. ℳ 8.—, geb. ℳ 9.50.

Billeter, G., die Anschauungen vom Wesen des Griechentums. [XVIII u. 477 S.] gr. 8. 1911. Geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 13.—

Cumont, G., die Mysterien des Mithra. Ein Beitrag zur Religionsgeschichte der römischen Kaiserzeit. Autorisierte deutsche Ausgabe von G. Gehrich. 2., vermehrte und verbesserte Auflage. Mit 26 Abbildungen im Text und auf 4 Tafeln sowie einer Karte. [XX u. 224 S.] gr. 8. 1911. Geh. ℳ 5.—, geb. ℳ 5.60.

—— die orientalischen Religionen im römischen Heidentum. Autorisierte deutsche Ausgabe von G. Gehrich. [XXIV u. 344 S.] gr. 8. 1910. Geh. ℳ 5.—, geb. ℳ 6.—

Dieterich, A., kleine Schriften. Herausgegeben von Richard Wünsch. [XLII u. 546 S.] gr. 8. 1911. Geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 14.—

Finsler, G., Homer. [XVIII u. 618 S.] gr. 8. 1908. Geh. ℳ 6.—, geb. ℳ 7.—

—— Homer in der Neuzeit. [XIII u. 530 S.] gr. 8. 1912. Geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 14.—

Friedländer, J., die Chadhirlegende und der Alexanderroman. Eine sagengeschichtliche und literarhistorische Untersuchung. [XXIV u. 388 S.] gr. 8. 1913. Geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 14.—

Geffcken, J., die griechische Tragödie. 2. Auflage. Mit einem Plane des Dionysos-Theaters zu Athen. [IV u. 163 S.] gr. 8. 1911. Geh. ℳ 2.—, geb. ℳ 2.60.

THUCYDIDIS RELIQUIAE IN PAPYRIS ET MEMBRANIS AEGYPTIACIS SERVATAE

COLLEGIT

FRIDERICUS FISCHER

ΔΩΡΕΑ ΤΟΥ ΚΑΘΗΓΗΤΟΥ
ΑΝΔΡΕΟΥ Ν. ΣΚΙΑ
Αὔξ. Ἀριθ. 523

K b 24

LIPSIAE IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXIII

Ad philosophorum Gissensium ordinem de hac dissertatione
rettulit Alfredus Koerte
26. II. 1912

PARENTIBUS CARISSIMIS

SACRUM

B. ɣ. ο. 6990

B. 7. 6 6990

INDEX FRAGMENTORUM

I.	Commentarius Oxyrhynchicus l. II 1—45	p. 2
II.	Papyrus Genavana l. II 2, 5, 13, 15	„ 19
III.	„ Oxyrhynch. nr. 17 l. II 7, 8	„ 22
IV.	„ „ nr. 878 l. II 22—25	„ 23
V.	Fragmentum Gissense l. II 59, 60	„ 27
VI.	Papyrus Oxyrhynch. nr. 451 l. II 73, 74	„ 31
VII.	„ „ nr. 225 l. II 90, 91	„ 31
VIII.	„ „ nr. 879 l. III 58, 59	„ 34
IX.	„ „ nr. 696 et 16 l. IV 28—41	„ 36
X.	„ „ nr. 452 l. IV 87	„ 57
XI.	„ „ nr. 880 l. V 32–34, 96–105, 111	„ 59
XII.	„ „ nr. 1180 l. V 60, 61	„ 66
XIII.	„ „ nr. 453 l. VI 32	„ 68
XIV.	Fragmentum Faiiumense l. VIII 91, 92	„ 69

His viginti annis in dies plures reliquiae voluminum et codicum papyraceorum et membranaceorum Thucydidis in Aegypto effossae sunt. E quibus novissimo Thucydidis editori Carolo Hude quinque solum praesto erant; post eius editionem accesserunt novem.[1]) Omnes autem vetustissimorum codicum voluminumqe reliquias uno conspectu colligere singulorumque fidem examinare, ut de textus Thucydidei condicione antiquissima certius iudicare possimus, operae pretium esse mihi videtur. Propono igitur in hoc libello 14 voluminum codicumque fragmenta, in quibus unum adhuc ineditum (V), quod ut publici iuris facerem Hermannus Haupt, bibliothecae universitatis Gissensis director, benigne mihi concessit.[2])

De medii aevi codicum indole atque affinitate pauca praemittere liceat. Hudeus in tomo priore editionis maioris optimos codices Thucydideos, quorum septem enumerat, omnes ad unum idemque archetypum referendos esse e communibus mendis glossematibusque demonstravit. Nullum autem codicem aut vetustate aut fide praeter ceteros ita eminere dicit, ut quasi dux in recensendo sequendus sit, sed duas tamquam familias inter se discerni posse, quarum alteram Vaticanus B ducat, alteram Laurentianus C. Atque codicem Britannicum M neutri familiae attribuit, sed eum medium quendam locum tenere demonstravit. Stemma autem codicum, quod ille proposuit, haud dubie in universum valet atque omnes viri docti in eo probando consentiunt. Nam etiam

1) Inter Thucydidis codices numero lemmata commentarii Thucydidei, qui Oxyrhynchi repertus est (Oxyr. Pap. VI nr. 853 p. 107); papyri IX parte altera solum uti licuit Hudeo.

2) Haec dissertatio iam prelo subiecta erat, cum mihi innotuit Ernesti Voltzii dissertatio Argentensis „Die Thukydidespapyri", Straßburg 1911, in qua eaedem fere papyri — textus autem singuli non praebentur — praeter nr. V et XII tractantur. Valde doleo, quod hanc dissertationem non prius novi, cum tam multa nobis sint communia.

omnia illa fragmenta codicum Thucydideorum, quae nuper in Aegypto reperta multo antiquiores testes sunt quam codices antehac nobis noti, nihil novi attulerunt, quo hoc iudicium improbaretur. Tamen haec plurimum valere suo iure Hudeus dicit, quorum ea est ratio — ut verbis eius utar — quae homines, qui in Thucydide operam curamque ponunt, gaudio quodam non afficere non possit, sed etiam ad memoriam codicum emendandam magis incitare debeat. Praeterea insigne esse mihi videtur, quod in lectionibus quibusdam, quae speciem veritatis prae se ferant, hi testes antiquissimi saepe cum codicibus deterioribus, quibus vulgo fides paulo minor tribuitur, consentiunt, qua re hos quoque codices in recensendo aliqua auctoritate esse demonstratur.

I.

Sed nunc ad recensendas illas reliquias veniam atque has afferam eo ordine, quo textui Thucydideo inseri possunt. Cum libri primi fragmenta adhuc nondum inventa sint, permulta nobis servata sunt, quibus partes libri secundi continentur. Primum mihi dicendum est de commentario in hunc librum compositum (edit. a Grenfellio et Huntio in The Oxyrhynchus Papyri, vol. VI (1908) nr. 853 p. 107 ss., tab. IV), cuius versus fere sescenti in undeviginti columnis, parvis incompositisque fragmentis praetermissis, reperti sunt; tractantur autem in eo capita 1—45 libri secundi. Scriptas videmus columnas in averso voluminis papyracei, cuius in recto invenimus acta privata. Sunt autem tres papyri in unum volumen coniunctae, e quibus una anno 131 p. Chr. n. scripta est; unde etiam commentario terminus a quo statuitur. Praeterea litterae sunt parvae atque minus diligenter compositeque scriptae et habent formas scripturae exeuntis saeculi secundi p. Chr. n., qua de causa commentarium scriptum esse fere anno ducentesimo aerae Christianae suo iure editores censent. Sic etiam omnes proprietates scripturae generis temporum illorum videmus, tantum compendia, quae paene in omnibus commentariis illius aetatis inveniuntur, librarius non adhibet. Initia lemmatum semper latitudine litterae unius excedunt in marginem sinistrum et lemmata ipsa brevi spatio in-

ani disiunguntur ab adnotationibus, quae his respondent. Ubi novus Thucydidis locus adscribitur, novus versus incipit et librarius nonnullis locis hamulis utitur, ut versus breves compleantur. Singulae columnae continent versus tricenos quinos usque octonos. Correctiones textus multae inveniuntur, omnes a manu librarii ipsius, qui minus diligenter exemplar suum exscripsit, ut non numquam nobis textus mutandus sit. Quamquam certe scire non possumus, utrum eiusdem grammatici etiam commentarium in librum primum exstiterit, necne, tamen causae non sunt, cur primam columnam voluminis huius re vera initium totius operis fuisse non credamus, praesertim cum adnotatio prima pertineat ad verba prima capitis primi libri secundi. Inter nonnullas columnas nonnullae lacunae ponendae sunt, quarum magnitudinem editores recte statuisse puto atque singulas columnas partim bene partim male conservatas esse videmus.

Qua autem aetate commentarius conscriptus sit, satis accurate editores demonstrant. Initio enim tractantur ea, quae Dionysius Halicarnassensis in libro suo de Thucydide scripto exposuit c. 9—12 de genere res gestas describendi Thucydideo. Quod opus Dionysii circa annum decimum a. Chr. n. compositum esse verisimile est. Qua de causa hunc commentarium non ante Christum natum exstitisse elucet. Sed cum codex hic commentarii non post initium saeculi tertii ortus sit, commentarium ipsum ineunti fere saeculo secundo aerae Christianae tribuendum esse cum editoribus consentiam. Ut e reliquis scholiis in Thucydidem nobis traditis non multa, quae sint magni pretii, discere possumus, ita etiam hic commentarius non ita multum valet in textu interpretando, quamquam est testis perantiquus. Plurimis in adnotationibus tractantur quaestiones grammaticae; sunt autem aliae interpretationes falsae, aliae nobis non ignotae. Paucis locis aut confirmantur ea, quae iam unus e viris doctis nostrae aetatis exposuit, aut affertur nobis aliquid novi. Multo maioris pretii sunt adnotationes criticae ad textum Thucydidem recensendum. Interpretationis causa neque alios rerum scriptores neque commentatores Thucydidis commemorat scriptor, nisi Dionysium Halicarnassensem; omnino eum minus doctum fuisse

litteris Graecis apparet, nam tantum Homeri Callimachique pauci loci comparationis causa afferuntur, semel citatur versus Pindari (fr. 110 Schr.), quem etiam scholia Byzantina ad illum locum (8, 1) omisso poetae nomine ut proverbium afferunt. Tamen initio operis, quo refelluntur ea, quae Dionysius Thucydidis oeconomiae crimini dat, grammaticus iudicem aequum atque prudentem se praestat, cuius cum iudicio consentiamus. Forma commentarii ab aliis commentatoribus non differt. In scholiis in Thucydidem nobis iam antea traditis similiter atque in commentario textus scriptoris tractatur; tamen loci non inveniuntur, qui sint tam consentanei huic commentario, ut ex eis intellegi possit commentarium fontem fuisse, e quo scholiastae hausissent. Item editores Britannici recte negaverunt unum ex eis viris, quos Thucydidi operam navasse aliunde scimus scriptorem commentarii huius putandum esse. Veri simile est grammaticum Aegyptium ceteroquin ignotum conscripsisse commentarium, id quod editores quoque Britannici suspicantur. Quem autem textum lemmata praebeant, maxime nostra interest. Iam singulos locos afferam:

Col. I.

l. II c. 1, 1 [παρ' ἀ]λ̣λήλου̣[ς· v. 4
[γέγραπ]ται δ' ἑ[ξ]ῆς ὡ[ς ἕ]καστα ἐγίγνε- 6
·η·
[τ]ο κατὰ θέρος καὶ χε[ι]μῶνα^σ· 7

In columna secunda et tertia lemmata non inveniuntur, sed commentator refellit ea, quae Dionysius contra Thucydidis rationem res gestas describendi dixit.

Col. IV.

2, 1 αἱ τριακ[οντούτεις σπονδαί· 10
ἐς Πλάτα[ιαν τῆς Βοιωτίας· 15
2, 1 τῶι δὲ π]ε̣[μπτωι καὶ δεκάτωι ἔ- 18
τ̣[ει ἐπὶ Χρυσίδος ἐν Ἄργει τότε
π[εντήκοντα δυοῖν δέοντα ἔτη
ἱερ[ωμένης·
2, 4 θέμενοι δ[ὲ ἐς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα· 32

Col. V.

γνώμην δ' ἐπο[ιο]ῦντο κηρύγμασιν 4
2,4 τε χρῆσθαι ἐπιτηδε[ί]οις· 6
ἐδόκει οὖν ἐπιχειρητέα εἶναι· 9
3,3 καὶ εἰς χεῖρας ᾖσαν κατὰ τάχος· 12
3,4 οἱ πλείους ἐν σκότωι καὶ πηλῶι 16
4,2 τῶν διόδω[ν] ἧι χρὴ σ[ω]θῆναι·
ἐμπείρους δ' ἔχοντες τοὺς διώκοντας τοῦ μὴ ἐκφυγεῖν ὥστε διεφθείροντο οἱ πολλοί· 20
στύρακι ἀκοντίου· 30
4,3 ξυνέβησαν τοῖς Πλαταιεῦσι· 33
4,7

Col. VI.

5,1 πανστρατιᾶι· 1
5,4 οἷα ἀπροσδοκήτου [κακοῦ· 3
5,5 [ὑ]ποτ[οπήσ]αντες· 5
[δ]είσαντες περὶ τοῖς [ἔξω· 8
6,2 βουλεύσωσι περὶ αὐτ[ῶν· 11
6,4 σῖτόν τε ἐσήγαγον· 13
7,2 ἐξ Ἰταλίας κα[ὶ Σι]κελίας· 16
7,3 ὁρῶντες εἴ σφισι· 25
8,1 ἀρχόμενοι γ[ὰ]ρ πάντες ὀξύτ[ερον ἀντιλαμβάνονται· 29
8,2 πολλὰ δὲ χρησμολόγοι ἧιδο[ν· 36

Col. VII.

11,7 [καὶ οἱ λογισ]μῶι ἐλάχιστα χρώμενοι [θυμῶι πλ]εῖστα ἐς ἔργο[ν κα]θίσταν-[ται] 4
11,9 [κ]αὶ μεγίστην δόξαν οἰσόμενοι [το]ῖς τε προγόνοις καὶ ὑμῖν αὐτοῖς [ἐ]π' ἀμφότερα ἐκ τῶν ἀποβαινόν-[τ]ων· 14
[πο]λλοὺς ὄντα[ς] ἐνὶ κόσμωι· 26

12, 2 [Λακεδ]αιμονίω[ν] ἐκστρατευομένων· 29
[μηδενὶ ξυ]νγένηται· 35
12, 3 [ἔμελλε] διαλύεσθαι· 37

Col. VIII.

13, 2 [ἅ]περ καὶ [πρ]ό[τερον· 1
ἥ[ι]περ ἰσχύο̣[υ]σι· 6
[διὰ] χειρὸς ἔχειν· 7
[γν]ώμηι̣ καὶ χρημάτων π[εριο]υσί̣[αι 10
[κρατεῖ]σ̣θ̣[α]ι·
13, 4 [ἔν τε ἀναθήμασιν ἰδίοι]ς καὶ δημ[ο- 13
[σίοις].
13, 5 ἀ[πέφαιν]ε̣ [δ]ὲ ἔχο[ν τὸ ἄ]γαλμα τεσ- 27
σ̣[αράκον]τ̣α τάλαν[τα στα]θμὸν [χρ]υ̣-
[σίου ἀπέφ]θου κ̣αὶ [περιαι]ρετὸ[ν εἶ-
[ναι ἅπαν]·
καὶ περιαιρ[ετόν· 36

Col. IX.

13, 6 [κ]α̣ὶ τῶν παρ' ἔπαλξιν· 1
13, 7 [τοσ]οῦτοι γὰρ ἐφύλασσον ὑπό τε τῶν 3
[πρε]σβυτάτων·
τοῦ τε [γ]ὰρ Φαληρικοῦ τείχους στάδι- 7
οι ἦσα̣ν̣ [π]έντ[ε] καὶ τρι[ά]κοντα πρὸς
[τ]ὸν [κύκλο]ν τ[ο]ῦ ἄστε[ως·
[ξὺν Μο]υνυχ[ί]α̣ι· 18
14, 1 Ε̣ὔβο[ιαν· 23

Col. X.

15, 1 ['Ελευσίνιοι] μετ' 'Ευμ̣ό̣[λπου· 1
15, 2 ἢ ἀ[πάντων] ἤδη ξυντ[ελούντων 5
ἐς α̣ὐ̣[τήν·
15, 4 τὸ ἐν Λ[ίμνα]ις Διονύσο[υ· 7
[ὧι τ]ὰ ἀρχαιότατα Διονύσια τῆι ιβ̄ ποι- 15
[εῖται·]
15, 5 [τὰ π]λ̣[ε]ίστου ἄξ[ια] ἐχρῶντ[ο] 19

[πρὸ τ]ὸ γαμικῶν καὶ ἐς ἄλλα [τ]ῶν ἱε- 11
[ρῶν] νομίζεται τῶι ὕδατι χ[ρῆ]σθαι·
[τῆι τ]ε οὖν ἐπὶ πολὺ κατὰ τὴ[ν χώραν 16
16,1 [α]ὐτονόμωι οἰκήσει· 21
[πα]ν[οι]κησίαι γενόμενοι· 24
καὶ τ̣[ὰ] ἡρῷα πάντα·
17,1

Col. XI.

καὶ εἴ τι ἄλλο βε[βαίως κληιστὸν ἦν· 1
ἐξῳι[κήθη· 16
οὐ γὰρ [διὰ τὴν παρά]ν̣ομ[ον ἐνοίκη- 17
17,2 [σιν·]

Col. XII.

[ἐν τῆι ξυναγωγῆι τοῦ] π̣ολέμου μα- 4
18,3 [λακός·]
[τὸν Ἀρχίδαμον ἐν τῆι] καθέδραι εἶ- 8
18,5 [χεν·]
[καὶ τροπήν τινα τῶν Ἀθη]ναίων ἱπ- 15
19,2 [πέων περὶ τοὺς Ῥείτους καλ]ουμένους
[ἐποιήσαντο·]
[οὐ καταβ]ῆ̣ναι· 24
20,1 [πεῖραν ἐπο]ιεῖτο· 26
20,3 [εἰ ἐπεξί]ᾳσιν̣· 27

Col. XIII.

21,1 Θριῶζε· 3
21,2 ἀλλ' αὐτοῖς ὡς εἰκὸς τῆς [γ]ῆς τεμν[ο- 6
μένης·
21,3 κατὰ ξυνστάσε̣[ι]ς τ[ε] γεινόμενο[ι· 10
ὡς ἕκαστος ὥργητο· 13
22,2 ἐν Φρυγίοις· 16
τέλει ἑνὶ τῶν ἱππέων· 17
22,3 Φαρσάλιοι Πειράσιοι· 20
23,1 ἄραντες· 21
23,3 παριόντε[ς] δὲ Ὠρωπό[ν· 25
24,1 [ἀναχωρησ]ά̣[ντων] δ' α̣ὐ[τῶν] ο̣ἱ Ἀθ̣η̣[ναῖοι. 29

Col. XIV.

35, 1 [καὶ μὴ ἐν ἑνὶ ἀν]δρὶ πολλῶν ἀρετὰς 4
[κινδυνεύεσθαι] εὖ τε καὶ χεῖρον εἰ-
[πόντι πιστευθ]ῆναι.
35, 2 [χαλεπὸν γὰρ τὸ] μετρίως εἰπεῖν 12
[ἐν ὧι μόλις καὶ ἡ δ]ὸκησις τῆς ἀλη- 14
[θείας βεβαιοῦται·]
[ὅ τε ἄπειρός ἐστιν ἃ καὶ π]λεονάζε- 24
[σθαι διὰ φθόνον εἴ τι ὑπὲρ] τὴν αὐ-
[τοῦ φύσιν ἀκούοι·]
35, 3 [πειρᾶσθαι ὑμῶν τῆς ἑκάστο]υ βουλή- 32
[σεώς τε καὶ δόξης τυχεῖν ὡς] ἐπὶ
[πλεῖστον.]

Col. XV.

36, 1 [δίκ]ᾳιον γὰρ αὐ̣[τοῖς καὶ πρέπον δέ· 1
36, 3 καθεστηκυία[ι] ἡ̣λικίαι· 4
37, 1 καὶ ὄνομα μὲν διὰ τὸ μὴ ἐς ὀλίγους 5
ἀλλ' ἐ[ς] π̣λείονας οἰκεῖν δημοκρατία
κέκλ[ητ]αι·
μέτε[σ]τι δὲ κατὰ μὲν τοὺς νόμους 12
πρὸς τὰ ἴδια διάφορα πᾶσι τὸ ἴσον κα-
τ̣ὰ δὲ τὴν ἀξίωσιν ὡς ἕκαστος ἔν τωι
εὐδοκιμεῖ οὐκ ἀπὸ μέρους τὸ πλέο[ν].
37, 2 [ἐλευθέρως δὲ τά τε πρὸς] τὸ κοινὸν 20
[πολιτεύομεν καὶ ἐς τὴ]ν πρὸς
[ἀλλήλους τῶν] καθ̣' [ἡμέ]ρ̣αν ἐπιτη-
[δευμάτων ὑπο]ψίαν [οὐ δ]ι' ὀργῆς
[τὸν πέλας εἰ καθ' ἡ]δονὴ[ν] δ̣ρᾶ τι ἔχον-
[τες·]

Col. XVI.

οὐδὲ [ἀ]ζημίου[ς μὲν λυπηρὰς δὲ τ]ῆι 3
ὄψ[ει] ἀχθηδόνα[ς προστιθέμενοι.
37, 3 ἀνεπα[χθῶ]ς δὲ τὰ ἴδια προσομιλοῦν- 12
τες τὰ δ[ημ]όσια διὰ δέος μάλιστα οὐ

παρανομ[οῦ]μεν.
τῶν τε α[ἰ]εὶ ἐν ἀρχῆι ὄντων ἀκροάσει· 13
καὶ θυσίαις [διε]τησίοις 15
38, 1 τὸ λυπηρὸν [ἐκ]πλήσσει· 17
τήν τε γὰρ [πό]λιν κοινὴν παρέχο- 19
39, 1 μεν·
ἀνειμέν[ως] διαιτώμεθα· 23
καίτοι εἰ [ῥαιθ]υμίαι μᾶλλον ἢ πόνων 27
39, 4 μελέτηι [καὶ] μὴ μετὰ νόμων τὸ πλέ-
ον ἢ τρόπ[ων] ἀνδρείας ἐθέλομεν
κινδυνε[ύειν] περιγίγνεται ἡμῖν
τοῖς τε μ[έλλο]υσιν ἀλγεινοῖς μὴ
προκάμν[ειν] καὶ ἐς αὐτὰ ἐλθοῦσιν
μὴ ἀτολμ[οτέρ]ους τῶν αἰεὶ μοχθούν-
των φαίν[εσθα]ι·

Col. XVII.

πλούτωι τε ἔργου μᾶλλον καιρῶι ἢ λό- 10
40, 1 γου κόμπωι χρώμεθα·
καὶ τὸ πέν[εσθα]ι οὐχ ὁμολογεῖν τινι αἰ- 14
σχρὸν ἀλλὰ [μὴ] διαφεύγειν ἔργωι αἴσχειον·
ἔν τε [τ]ο[ῖς] αὐτοῖ[ς οἰκε]ίων ἅμα καὶ πολι- 20
40, 2 τικῶν ἐπιμέλεια [καὶ ἑ]τέροις πρὸς ἔργα
τετραμμένοις [τὰ πολι]τικὰ μὴ ἐνδε-
ῶς γνῶναι·
καὶ αὐτοὶ ἤτοι κρί[νομέ]ν γε ἢ ἐνθυ- 30
μούμεθα ὀρθῶ[ς τὰ πρ]άγματα·
40, 3 διαφερόντως γὰρ [δὴ τό]δε ἔχομεν 34
ὥστε τολμᾶν τε α[ὐτοὶ] μά[λιστ]α καὶ
περὶ ὧν ἐπιχει[ρήσομεν ἐκλογ]ίζε-
σθαι· ὃ τοῖς ἄλλ[οις ἀμαθία μὲν θράσος

Col. XVIII.

λο[γισμὸς δὲ ὄκ]νον φέρει· 1
40, 5 ἀδεῶς τι[να ὠφελοῦμεν· 12
41, 1 καὶ καθ' ἕκ[αστον δοκεῖν ἄν μοι τὸν 13

αὐτὸν ἄι[δρα παρ' ἡμῶν ἐπὶ πλεῖ-
στ' ἂν εἴδ[η καὶ μετὰ χαρίτων μάλι-
στ' ἂν εὐτρ̣[απέλως τὸ σῶμα αὔταρ-
κες παρέχ[εσθαι·
41, 3 μόνη γὰρ τ̣[ῶν νῦν ἀκοῆς κρείσ- 24
σων ἐς πεῖρ̣[αν ἔρχεται·
οὔτε τῶι ὑπ[ηκόωι κατάμεμψιν· 34

Col. XIX.

45, 2 [ἡ δόξα καὶ ἧς ἂν ἐπ' ἐλ]άχιστον ἀ[ρ]ετ[ῆς] 2
[πέρι ἢ ψόγου ἐν τοῖς] ἄ̣ρρεσι κλέος ἦ[ι.

Cetera fragmenta papyri nullius pretii sunt, cum singula paucas tantum litteras contineant.

Iam examinemus singulas lemmatum lectiones. Orthographicas minutias ut *εἰς* pro *ἐς* (col. V v. 12), *ξυνγένηται* (VII 35), *γεινόμενοι* (XIII 10) et cet. in sequentibus non curo, nam in talibus fidem commentarii nullam esse patet; interpretationum adnotationumque commentatoris rationem habeo, quoad in textu recensendo alicuius momenti sunt.

1, 1 Papyrus habet lectionem *γέγραπται δ' ἑξῆς* consentiens cum ceteris codicibus praeter Laurentianum C, quo solo in codice invenimus scripturam correctione manus secundae substitutam *καὶ γέγραπται ἑξῆς*. Contra Hudeum, qui probat lectionem huius codicis per se nihilo meliorem alteram lectionem plurimorum codicum nunc etiam papyri auctoritate confirmatam praeferam.

Superscriptam videmus in fragmento lectionem *θέρη καὶ χειμῶνας* pro *θέρος καὶ χειμῶνα* ceterorum codicum, cuius correctionis causam fuisse pluralem numerum, quo commentator in his verbis explicandis utitur, editores censent; contra Carolus Fuhr (Berliner Philologische Wochenschrift 29, 1909 p. 266) suspicatur papyri scripturam non ex errore librarii ortam esse, sed lectionem variam iudicandam esse, quia etiam V 26, 1, ubi Thucydides ad hunc locum respicit, invenimus pluralem numerum *κατὰ θέρη καὶ χειμῶνας*. Pluralem e quinti libri loco invasisse in librum secundum verisimile est.

Commentarius praebet formam χρῆσθαι pro χρήσασθαι om- 2, 1
nium codicum, at quin hoc loco infinitivus aoristi χρήσασθαι tenendus sit dubium non est, praesertim cum scriptorem etiam paulo infra in infinitivo huic respondente aoristo usum esse omnes codices doceant.

Fragmentum praebet scripturam haud dubie rectam ἤισαν 3, 4
pro ἤεσαν omnium codicum, quam falsam esse ex inscriptionibus Atticis comperimus.

Papyrus consentit in lectione ἐν σκότωι cum omnibus codi- 4, 2
cibus excepto codice Clarendoniano, ubi legimus σκότει, et quamquam hic est locus unicus apud Thucydidem, quo invenimus formam masculinam huius nominis, tamen Britannicos editores sequor, qui praeferunt σκότῳ. Nomen πηλῷ, quod sequitur, causam fuisse putem, cur Thucydides hic ὁμοιοτελεύτου figuram sectatus forma masculina usus sit.

Fragmentum habet lectionem ἐκφυγεῖν codicis Parisini, cum codices ceteri formam ἐκφεύγειν praebeant et per se hoc loco lectio codicum optimorum praeferendus esset haud dubie. Sed totum hunc locum, ut nobis traditus est, difficile intellectu esse apparet, quamquam alii viri docti alio modo interpretari conati sunt. Classenius coniungit verba τοὺ μὴ ἐκφεύγειν cum antecedenti ἐμπείρους, Poppo et Kruegerus cum διώκοντας, quorum hic infinitivum finalem habendum esse ἐκφεύγειν ille infinitivum consecutivum censet. Sed omnes hae interpretationes minime probandae mihi esse videntur, cum verba sic tantum durissime coniungi et vix vel omnino non intellegi posse putem et Hudeum secutus coniecturam Herwerdenii probem, qui verba τοὺ μὴ ἐκφεύγειν, quae e corrupto interpretamento in textum invasisse videntur, delere vult. E commentario autem discimus hunc locum iam altero p. Chr. n. saeculo corruptum fuisse, atque commentator duas interpretationes — aeque improbabiles — praebet: Aut ὥστε esse supervacaneum hic adnotat et τοὺ μὴ ἐκφυγεῖν vertendum esse in εἰς τὸ μὴ ἐκφυγεῖν aut in locum articuli τοῦ substituendum esse ὥστε, quae interpretatio maxime cum Popponis consentit. Tum lectionem commentarii οἱ πολλοί, quam etiam optimi codices medii aevi praebent, Henricum St.

lones secutus probem contra plurimos editores, qui praeferunt scripturam *πολλοί* codicis A.

4, 3 Invenimus in papyro formam *στύρακι* pro *στυρακίῳ*, quam habent omnes codices mediaevales. Cum vero et hoc loco forma deminutiva haud dubie minus sensui conveniat et, ut editores recte adnotaverunt, testimonio vetere confirmetur (Cram. Anecdot. Paris. III. p. 84, 3) Thucydidem usum esse voce *στύραξ*, quae nusquam alibi apud eum legitur, lectionem *στύρακι* praeferendam esse puto.

7, 2 Graviter dolemus, quod hic locus difficilis intellectu et haud dubie corruptus in codicibus a commentatore non totus exscriptus est. Codices omnes praebent: *Λακεδαιμονίοις . . . . . ναῦς ἐπετάχθησαν ποιεῖσθαι*, quam difficultatem structurae viri docti compluribus coniecturis tollere conati sunt. Textum Thucydideum, quo usus est commentator, haud dubie hanc difficultatem non praebuisse ex eo intellegitur, quod ille adnotationem grammaticam non fecit. Atque coniecturam Cobeti, qui scripsit *Λακεδαιμόνιοι . . . . . ἐπετετάχεσαν*, vel melius aoristum *ἐπέταξαν*, quem praefert Boehmeus, maxime adiuvari paraphrasi commentatoris *ἐ[πέταξαν] φησὶν ὁ Θ[ο]υκυδίδης κα[ὶ] τοῖς Ἰταλιώταις κα[ὶ] τοῖς ἀπὸ Σικ[ελίας οἱ] Λακεδαιμόνιοι ναῦς π̣[οιεῖσθαι] εἰς τὴν συμμαχίαν* cum editoribus consentiam, cum hoc modo structura verborum tam simplex fiat, quam eum etiam in textu commentatoris fuisse verisimile est.

11, 9 Legimus in commentario *καὶ ὑμῖν αὐτοῖς*, cum codices nostri praebeant *ἡμῖν αὐτοῖς*, quam lectionem etiam omnes editores praeter Hudeum probaverunt. Hic enim iam *ἡμῖν* in *ὑμῖν* correxit, quod pronomen multo melius ad sensum quadrat, cum hunc locum inveniamus in oratione ab Archidamo, rege Lacedaemoniorum, habita ante duces atque nobilissimos oppidorum eorum, quae foedere erant coniuncta cum Lacedaemoniis. Atque cum haec coniectura nunc etiam lectione commentarii adiuvetur, pro certo habeo formam *ὑμῖν* esse rectam.

12, 2 Invenimus in papyro lectionem *Λακεδαιμονίων ἐκστρατευομένων* et commentator commemorat variam lectionem *στρατευόντων*, quae duae lectiones adhuc nobis erant ignotae, cum

omnes codices habeant διαπορευομένων. Sed cum perfectum huius verbi omnino minus usitatum sit apud Thucydidem (cum tantum loco V 54, 4 legitur) et vim praesentis huic loco multo melius convenire in aperto sit, hanc formam διαπορευομένους sine ulla dubitatione praeferendam esse censeam.

Commentarius praebet formam διαλύσασθαι, quam habent 13, 1 etiam scholia et codex C, cum in codice M a manu recentiore substitutum sit λύσασθαι, in ceteris codicibus legatur διαλύσεσθαι. Atque cum editoribus Thucydidis, qui locis, ubi codices de hac forma inter se differunt, futurum semper praeferunt, etiam hic scripturam plurimorum codicum optimam esse consentiam, cum omnino Thucydides post μέλλειν saepius futuro quam praesente usus sit.

Legimus in papyro haec verba: τοσοῦτοι γὰρ ἐφύλασσον 13, 7 ὑπό τε τῶν πρεσβυτάτων, cum omnes codices praebeant: τοσοῦτοι γὰρ ἐφύλασσον τὸ πρῶτον ὁπότε οἱ πολέμιοι ἐσβάλοιεν ἀπό τε τῶν πρεσβυτάτων atque lectionem commentarii falsam esse et in textu verba, quae sunt inter τὸ πρῶτον et ἐσβάλοιεν, minime delenda esse apparet, praesertim cum hic totus locus commentarii corruptus esse videatur. Nam scriptura ὑπό pro ἀπό haud dubie falsa est, quod verba ἀπό τε τῶν coniungenda sunt cum verbis τοσοῦτοι ἐφύλασσον et ὑπό numquam usurpatur pro ἀπό. In versu Homeri (Σ 492), quem affert commentator ad lectionem suam defendendam aliam vim inesse in praepositione ὑπό editores papyri recte adnotant.

Fragmentum consentit in scriptura Μουνυχία cum omnibus codicibus; sed Hudeus et Henricus Iones hanc formam corrigendam esse in Μουνιχία recte censuerunt. Nam nulla in inscriptione Attica Thucydidei saeculi nomen Μουνιχία scriptum videmus per υ (prima inscriptio, quae habet scripturam Μουνυχία anno 306 tribuenda est, IG II, 247), cum permultae inveniantur illius aetatis, ubi legimus formam Μουνιχία.

Etiam papyrus praebet eandem lectionem atque omnes co- 15, 4 dices τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου; tamen Cobetum secutus inter τό et ἐν inserendum esse articulum τοῦ censeo, cum etiam nomini-

bus ceterorum deorum, quorum templa hoc loco nominantur, articulus sit appositus.

Commentarius habet lectionem *τὰ ἀρχαιότατα* pro *τὰ ἀρχαιότερα* omnium codicum. Quamquam per se scriptura *ἀρχαιότατα* commentarii falsa non est, cum dubium non sit, quin tum tres feriae Dionysi Athenis fuerint, tamen sola auctoritate papyri nisus hoc loco textum in codicibus traditum mutare non audeo. Verba eiusdem versus *τῇ ιβ'*, quae habent etiam codices, glossema esse censuit Torstrikius et delere ea vult, cum die certo nominato non *ἐν μηνί* sed *μηνός* exspectandum sit. Quam coniecturam probo, etiamsi hanc interpolationem iam antiquissimis temporibus in textum irrepsisse videmus.

15, 5 Lectionem *τὰ πλείστου ἄξια* praebet papyrus consentiens cum plerisque codicibus praeter A et B, qui habent *τὰ πλεῖστα*. Torstrikius hanc lectionem praetulit; sed Hudeum aliosque secutus scripturam codicum optimorum nunc adiutam commentario probem.

16, 1 Textum Thucydideum, quo usus est commentator, lectionem codicum *οἰκήσει μετεῖχον οἱ Ἀθηναῖοι* praebuisse e versu 29 sq. columnae eiusdem intellegitur *εἴρηται δὲ ὑπερβατῶ[ς τὸ γὰρ ἑ]ξῆς ἐπὶ πολὺ μετεῖχον οἱ Ἀ[θηναῖοι*, sed hanc scripturam probabilem non esse editores recte adnotant, cum *οἰκήσει* vix coniungi possit cum *μετεῖχον*, quamquam et commentator et recentes interpretes hanc structuram defendere conati sunt. Sed verba *τῇ . . . αὐτονόμῳ οἰκήσει* coniungenda esse cum eis quae sequuntur *οὐ ῥᾳδίως τὰς ἀναστάσεις ἐποιοῦντο* puto et verbum *μετεῖχον*, quod ex alio verbo corruptum vel a librario, qui sensum totius loci non perspexit, insertum est, Driessenium secutus delendum esse censeo, quamquam iterum videmus interpolationem iam illa aetate in textum invasisse.

Idem nos docet lemma *πανοικησίᾳ γενόμενοι* commentarii, in quo hic consentit cum omnibus codicibus, qui praebent verbum *πανοικησίᾳ* post *πολέμου* positum. Lipsius, quem secuti sunt Hudeus et alii, coniecit *πανοικησίᾳ* ponendum esse post *οὐ ῥᾳδίως*, quae coniectura etiam nunc contra papyri lectionem haud dubie probanda est, cum *πανοικησίᾳ* coniunctum cum *γε-*

μενοι, ut legimus omnes apud testes, sit tautologia verbi sequentis *οἰκήσαντες*, quae vix defendi potest.

Hoc in loco consentit commentarius in scriptura *Θριῶζε* cum 21, 1
codice F, quae lectio formis *Θρίωζε* codicum ABMf et *Θρίωιζε* codicum E et C praeferenda est, cum omnibus locis scriptorum aliorum illius aetatis, qui praebent hoc adverbium, inveniamus formam *Θριῶζε* et commentatorem, qui satis raro accentus addit, consulto hic circumflexum posuisse apparet.

Legimus in commentario *τῆς γῆς τεμνομένης*, cum omnes 21, 2
codices praebeant *γῆς* sine articulo, quam lectionem etiam omnes editores Thucydidis probaverunt. Tamen hic praeferam scripturam papyri, cum certi agri hoc loco significentur, qui sunt Atheniensibus. Atque casu venisse puto, ut in codicibus articulus exciderit, cum paene easdem litteras ac *τῆς* praebeat vox sequens *γῆς*.

Papyrus praebet lectionem *ὡς ἕκαστος ὤργητο*, quam etiam 21, 3
codices ABM habent, cum in codicibus CGE legamus *ὥρμητο*[1]), quae lectio fere eundem sensum praebet: ut quisque flagitabat aut gestiebat. Sed videmus antiquissimis iam temporibus lectiones duas exstitisse, cum etiam commentator addat *ἐν ἐνίοις δὲ γράφεται ὥρμητο.* Optimos autem codices secutus cum Hudeo praeferam lectionem *ὡς ἕκαστος ὥρμητο*, quae verba nunc etiam papyri lectione varia confirmata sunt. Minime probanda mihi videtur scriptura codicum ABFEM, qui *ὡς* omittunt ante *ἕκαστος*. Nam quamquam structura *χρησμούς, ὧν ἀκροᾶσθαι ὡς ἕκαστος ὥρμητο* primo obtutu offendit, tamen eam tam duram non esse putem, ut apud Thucydidem toleranda non sit (subaudiendum est *ἦν*).

Hac in paragrapho invenimus in papyro post nomen *Φαρ-* 22, 3
σάλιοι nomen *Πειράσιοι.* Codices praebent *Φαρσάλιοι Παράσιοι* (ACEFM, *Περάσιοι* B) *Κραννώνιοι, Πειράσιοι* atque apparet nomen *Παράσιοι* post *Φαρσάλιοι* delendum esse. Recte dicit commentator: *ἁμαρτάνουσι δὲ οἱ γρά[φοντες Παράσι]ο[ι], ἔστιν γὰρ τῆς Ἀρκ[αδίας*, socii autem Atheniensium, qui nominan-

---

1) mixtam lectionem *ὤργητο* exhibent F et pro varia lectione G_1.

tur hoc loco, erant Thessali, et *Πειράσιοι* incolae erant oppidi *Πειρασία* in Thessalia siti. In codicum nostrorum archetypum falsa lectio *Παράσιοι* recepta erat, genuina *Πειράσιοι* primum margini ascripta tum post *Κραννώνιοι* textui inserta est. Atque non recte formam *Πειράσιοι* Hudeus mutavit in *Πυράσιοι*, firmatur enim non solum Stephani Byzantini testimonio (*Πειρασία, πόλις Μαγνησίας*) sed etiam nummis illius oppidi quarto a. Chr. n. saeculo cusis (cf. Head, histor. numm. 303).

35, 1 Hoc loco papyrum praebuisse *ἐν ἑνὶ ἀνδρί* et e lacunae spatio sequitur et e paraphrasi commentatoris discimus, ubi legimus *ἐν ἑνί*, cum codices CG omittant hoc loco praepositionem *ἐν*. Sed lectionem commentarii consentientem cum plurimis codicibus praeferendam esse elucet.

36, 3 Papyrus consentit cum omnibus codicibus in forma *καθεστηκυίᾳ*, quam Hudeus mutavit in *καθεστηκύᾳ*, quod non probo, quia in titulis quinti saeculi participia in *-υια* leguntur (cf. Meisterhans, Grammatik d. attischen Inschriften, p. 168).

37, 1 Commentarius praebet eandem lectionem ac plurimi codices *οἰκεῖν ἐς πλέονας*, et tantum in codice G a librario ipso et in codice C a manu secunda lectionem *ἥκειν* pro *οἰκεῖν* superscriptam videmus. Tamen cum Wilamowitzio consentiam, qui praefert *ἥκειν ἐς πλέονας*, cum omnes interpretationes verborum *οἰκεῖν ἐς πλέονας*, quae propositae sunt, minime probandae mihi videantur. Facile ex itacistico errore in codicibus pro *ἥκειν* formam *οἰκεῖν* scribi potuisse elucet.

In papyro legimus formam genuinam *τὸ πλέον*, quam in textum recepit Hudeus, in codicibus ABEFM invenitur *τὸ πλεῖον* forma a titulis Atticis vetustioribus aliena (cf. Meisterhans p. 152); lectionem *τὰ πλέω* codicum CG cum Hudeo plane reprobandam esse puto.

37, 2 Hoc loco in papyro fuisse *ὑποψίαν*, lectionem omnium codicum, cum editoribus consentio, et cum mea quidem sententia interpretatio commentatoris non repugnet lectioni *ὑποψίαν* coniecturam *ἀνυποψίαν* Reifferscheidi et *ἐποψίαν* non probo, sed scripturam omnium codicum tenendam esse cum Hudeo consentio.

Scripturam fragmenti *αἰεί* in uno codice E legimus, cum ceteri codices praebeant *ἀεί*. Tamen recte iam Hudeus formam *αἰεί* praetulit; nam Thucydidem hac forma usum esse satis certe constat. 37, 3

Papyrus habet *διαιτώμεθα*, omnes codices praebent participium *διαιτώμενοι* sine dubio praeferendum. Num plura mutata fuerint in commentatoris exemplari non constat, cum nihil exscripserit nisi *ἀνειμένως διαιτώμεθα*. 39, 1

In lectione *ἐθέλομεν* et collocatione verborum *ἡμῖν τοῖς τε* consentit papyrus cum codicibus CG, quas lectiones cum Hudeo praefero lectionibus *ἐθέλοιμεν* et *ἡμῖν τε τοῖς* ceterorum codicum. Item scripturam *ἀτολμοτέρους* papyri, quam etiam plurimi codices habent, probandam esse cum Hudeo consentio contra *ἀτολμοτέροις*, quam praebent codices C_1 f_1 et Dionysius Halicarnassensis. 39, 4

Lectio papyri *ἔργου μᾶλλον καιρῷ*, quam habent etiam codices plurimi, contra *ἐν καιρῷ* codicis F et g probanda est haud dubie, quod etiam omnes editores iam statuerunt. 40, 1

Papyrus consentit in lectione *ἐν* cum codicibus ABEFM, cum codices CGf_3 praebeant *ἔνι*, quam scripturam haud dubie praeferendam esse editores recte iudicant. Commentarius quoque praebet lectionem codicum *ἑτέροις πρὸς ἔργα τετραμμένοις*; sed hanc lectionem vix defendi posse puto, cum verba obscurissima sint. Placet mihi Richardi coniectura: ante vel post *ἑτέροις* inserendum esse *ἕτερα*, qua correctione sensus clarior fit; atque in aperto est hoc verbum in codicibus ex errore librarii post vel ante *ἑτέροις* facile excidere potuisse, quod iam secundo saeculo factum esse papyrus docet. 40, 2

Legimus in papyro *καὶ αὐτοί* ut in codicibus ABEFM pro *καὶ οἱ αὐτοί* codicum CG et praeferam hoc loco codicum plurimorum scripturam nunc papyro adiutam contra Hudeum et Henricum Iones, qui probant *οἱ αὐτοί*; nam quod ad sententiam attinet, multo melius conveniunt *αὐτοὶ κρίνομεν*, quae verba significant: „cives omnes ipsi iudicamus“ et consulto hoc oppositum esse puto Lacedaemoniis, qui non omnes rei publicae administrandae intererant.

40, 3 Hoc loco in papryo omissum esse καί vel δή e lacunae spatio cognoscimus; tamen scire non possumus, utrum τόδε, quod habent codices et quam lectionem probandam esse puto, an τῷδε, quod coniecit Hudeus in papyro fuerit. Tum cum editoribus papyri consentiam lectionem commentarii αὐτοί falsam esse, probandam vero codicum omnium lectionem οἱ αὐτοί.

41, 1 Papyro confirmatur ἐπὶ πλεῖστ' ἂν εἴδη, lectio codicum optimorum, contra formam πλεῖστον codicum AB m_3, quam probandam non esse elucet.

Atque si nunc deliberamus, quid in universum valeant lemmata commentarii ad textum Thucydidis recensendum, statuere possumus ea non ita magna auctoritate esse, cum satis multas lectiones sine dubio falsas commentator amplexus sit, et librarius nonnulla menda commiserit. Tamen lectiones probabiles in fragmento leguntur his locis, ubi codices nostri falsa praebent: c. 3, 4 ἦσαν pro ἤεσαν, c. 4, 3 στύρακι pro στυρακίῳ, c. 11, 9 ὑμῖν pro ἡμῖν, c. 12, 2 ἐκστρατευομένων pro ἐξεστρατευμένων, c. 21, 2 τῆς γῆς pro γῆς sine articulo, c. 22, 3 Φαρσάλιοι Πειράσιοι pro Φαρσάλιοι Παράσιοι. Sed has lectiones falsas invenimus, quas codices non habent: c. 2, 4 χρῆσθαι pro χρήσασθαι, c. 13, 7 verba inter ἐφύλασσον et ἀπό τε τῶν in papyro omittuntur et eodem loco legitur ὑπό pro ἀπό, c. 15, 4 τὰ ἀρχαιότατα pro τὰ ἀρχαιότερα, c. 39, 1 διαιτώμεθα pro διαιτώμενοι, c. 40, 3 αὐτοί pro οἱ αὐτοί. Nunc enumeremus eos locos, ubi codices mediaevales textum corruptum sive varias lectiones praebent, quae iam in papyro leguntur. His locis lectiones corruptae omnium codicum etiam in papyro occurrunt: c. 4, 2 praebet glossema τοῦ μὴ ἐκφυγεῖν, c. 13, 7 Μουνυχία pro Μουνιχία, c. 15, 4 τοῦ ante ἐν Λίμναις Διονύσου omittitur, ibidem glossema τῇ ιβ' receptum est, c. 37, 1 οἰκεῖν pro ἥκειν — vera lectio suprascripta est in codicibus G_1 c_2 — c. 40, 2 ἕτερα omittitur. Falsum praebet cum nonnullis codicibus hoc loco: c. 12, 3 διαλύεσθαι pro διαλύσεσθαι (consentiens cum cod. C et scholiis), at recta cum nonnullis codicibus his locis: c. 1, 1 γέγραπται δ' ἑξῆς cum ABEFm_3 pro καὶ γέγραπται ἑξῆς cod. C; c. 15, 5 τὰ πλεῖστου ἄξια cum C, τὰ πλεῖστα AB; c. 21, 1 Θριῶξε cum F pro Θρίωξε ABMf et Θρί-

[illegible] KC; c. 21, 3 ὡς ἕκαστος ὥρμητο (papyri varia lectio) cum CGE pro ὥργητο cod. ABM et ὤργητο cod. FG$_1$; c. 35, 1 ἐν ἑνὶ ἀνδρί cum ABEFM, ubi cod. CG ἐν omittunt; c. 39, 4 ἐθέλομεν et ἡμῖν τοῖς τε cum CG pro ἐθέλοιμεν et ἡμῖν τε τοῖς ceterorum, ibidem ἀτολμοτέρους pro ἀτολμοτέροις cod. C$_1$ f$_1$ ex corr. et Dionys. Hal.; c. 40, 1 καιρῷ pro ἐν καιρῷ cod. F$_1$g; c. 40, 2 καὶ αὐτοί cum ABEFM pro καὶ οἱ αὐτοί cod. CG; c. 41, 1 πλεῖστ' ἂν pro πλεῖστον ἄν cod. ABm$_3$. Atque videmus textum, quem praebuit commentarius, cum neutra familiarum codicum facere, ut omnino papyri solent; modo cum hac familia modo cum illa consentit (codicum ABEFM lectiones papyro adiuvantur septies, cod. CG quater).

II.

Eisdem fere temporibus fragmentum codicis papyracei, quod edidit Iulius Nicole e collectione papyrorum Genavana, tribuitur, de quo nunc mihi dicendum est (Textes grecs inédits de la collection papyrologique de Genève par Iules Nicole, Genève 1909 p. 13, tab. II a, b, PG 257), cum etiam hoc partes libri secundi contineat. Litterae unciales composite clareque scriptae sunt exeunte secundo saeculo vel ineunte tertio. Editor sagaciter demonstravit singulas paginas in trinas columnas esse partitas, singulas columnas tricenos binos versus litterarum fere undevicenarum continuisse. Servata est folii unius pars media, quae quattuor columnarum intimarum reliquias continet. Ita fit, ut inter singulas columnas servatas magnae lacunae hiant; habemus partes capitis 2, 5, 13, 15. In fine versuum nonnullis locis pro littera ν lineolam libratam invenimus, interpunctionis notas non videmus, num littera ι muta semper adscripta fuerit in codice, non certe constat.

Haec verba in singulis columnis leguntur: Col. I.

l. II c. 2, 1 [ἐσῆλθον περὶ πρῶτον ὕ-]
πν[ον ξὺν ὅπλοις ἐς Πλά-]
ται[αν τῆς Βοιωτίας οὖσαν]
Ἀθην[αίων ξυμμαχίδα.]

2, 2 ἐπηγά[γοντο δὲ καὶ ἀνέῳι-]
ξαν τὰ[ς πύλας Πλαται-]
ῶν ἄνδ[ρες Ναυκλείδης]
τε καὶ ο[ἱ μετ' αὐτοῦ, βουλό-]
μενοι [ἰδίας ἕνεκα δυνά-]
μεως ἄ[νδρας τε τῶν πολι-]
τῶν τ̣[οὺς σφίσιν ὑπεναν-]
τίο̣υ̣[ς διαφθεῖραι καὶ τὴν]
πό[λιν Θηβαίοις προς-]
3 [ποιῆσαι. ἔπραξαν δὲ ταῦτα]
δι' [Εὐρυμάχου τοῦ Λεον-]
τι[ά]δ[ου, ἀνδρὸς Θηβαίων]
δυ̣ν̣[ατωτάτου. προϊδόν-]
τ[ες γὰρ οἱ Θηβαῖοι ὅτι]

Col. II.

5, 2 [ὁ γὰρ Ἀσωπὸς ποταμὸς ἐρρύη μέγας καὶ οὐ]
[ῥαδίως διαβατὸ]ς ἦ̣ν̣. [π]ρ̣ο-
3 [ρευόμενοί τε ἐ]ν ὑετῶι̣
[καὶ τὸν ποταμὸ]ν μόλις
[διαβάντες καὶ] τ̇ὸ̇ν̇ π̇ο̇τ̇ά̇-
[μ̇ὸ̇ν̇ ὕστερον] παρεγένον-
[το, ἤδη τῶν ἀ]νδρῶν τῶν
[μὲν διεφθαρ]μένων, τῶν
[δὲ ζώντων ἐ]χομένων.
4 [ὡς δ' ᾔσθοντο] οἱ Θηβαῖοι
[τὸ γεγενημέν]ον, ἐπε-
[βούλευον τοῖς ἔξ]ω τῆς πό-
[λεως τῶν Πλαται]ῶν (ἦ-
[σαν γὰρ καὶ ἄνθρω]ποι κα-
[τ' ἀγροὺς καὶ κατασ]κευή,
[οἷα ἀπροσδοκήτου κα]κο̣ῦ̣
[ἐν εἰρήνηι γενομέ]νου)· ἐ-
[βούλοντο γὰρ σφίσι]ν εἴ τι-
[να λάβοιεν ὑπάρχειν κ. τ. λ.]

Col. III.

13, 2 [λέγων τὴν ἰσχὺν αὐτοῖς ἀπὸ τούτων εἶναι τῶν]
[χ]ρη[μάτων τῆς προσόδου,]
τὰ δὲ [πολλὰ τοῦ πολέμου]
γνώμ̣[ηι καὶ χρημάτων]
περι[ουσίαι κρατεῖσθαι.]
3 θ̣αρσ[εῖν τε ἐκέλευε προσ-]
ιόντ[ων μὲν ἑξακοσί-]
ων τ[αλάντων ὡς ἐπὶ]
τὸ πο[λὺ φόρου κατ' ἐνιαυ-]
τὸν ἀ[πὸ τῶν ξυμμάχων]
τ[ῆι πόλει ἄνευ τῆς ἄλ-]
λ[ης προσόδου, ...]

In versu decimo tertio et quarto pauca vestigia litterarum legi possunt.

Col. IV.

15, 4 [νομίζουσιν. ἵ]δρ[υται]
[δὲ καὶ ἄ̣λλα ἱερὰ ταύτηι]
5 [ἀρχαῖα. καὶ τῆι κρήνηι]
[τῆι νῦν μὲν τῶν τυ]ρ̣ά̣[ννων]
[οὕτω σκευασάντω]ν Ἐν[νεα-]
[κρούνωι καλου]μέν[ηι, τὸ]
[δὲ πάλαι φανερῶν κ. τ. λ.]

Col. II 1 et IV 1—4 addidi, quia in imaginibus phototypicis litteras dispexi, quas editor omisit.

Atque textum papyri paucis tantum locis differre a textu tradito videmus. Col. I (v. 12). E numero litterarum huius 2, 2 versus, quae sunt usque προς- tantum septendecim (et in his duae ι et duae ο insunt) Nicoleus colligere voluit papyrum ante Θηβαίοις fortasse articulum τοῖς praebuisse. Sed causam non esse puto, cur hanc variam vel corruptam lectionem, quam nullus codex mediaevalis habet, ponamus, cum fieri posse appareat, ut hic versus syllabas προσποι- continuerit, ita ut versui sequenti duodeviginti litterae supersint (et in his tantum una littera ι inest).

Col. III.

13, 2 [λέγων τὴν ἰσχὺν αὐτοῖς ἀπὸ τούτων εἶναι τῶν]
[χ]ρη[μάτων τῆς προσόδου,]
τὰ δὲ [πολλὰ τοῦ πολέμου]
γνώμ̣[ηι καὶ χρημάτων]
περι[ουσίαι κρατεῖσθαι.]
3 θ̣αρσ[εῖν τε ἐκέλευε προσ-]
ιόντ[ων μὲν ἑξακοσί-]
ων τ[αλάντων ὡς ἐπὶ]
τὸ πο[λὺ φόρου κατ' ἐνιαυ-]
τὸν ἀ[πὸ τῶν ξυμμάχων]
τ[ῆι πόλει ἄνευ τῆς ἄλ-]
λ[ης προσόδου, ...]

In versu decimo tertio et quarto pauca vestigia litterarum legi possunt.

Col. IV.

15, 4 [νομίζουσιν. ἵ]δρ[υται]
[δὲ καὶ ἄ̣λλα ἱερὰ ταύτηι]
5 [ἀρχαῖα. καὶ τῆι κρήνηι]
[τῆι νῦν μὲν τῶν τυ]ρ̣ά̣[ννων]
[οὕτω σκευασάντω]ν Ἐν[νεα-]
[κρούνωι καλου]μέν[ηι, τὸ]
[δὲ πάλαι φανερῶν κ. τ. λ.]

Col. II 1 et IV 1—4 addidi, quia in imaginibus phototypicis litteras dispexi, quas editor omisit.

Atque textum papyri paucis tantum locis differre a textu tradito videmus. Col. I (v. 12). E numero litterarum huius 2, 2
versus, quae sunt usque προς- tantum septendecim (et in his duae ι et duae ο insunt) Nicoleus colligere voluit papyrum ante Θηβαίοις fortasse articulum τοῖς praebuisse. Sed causam non esse puto, cur hanc variam vel corruptam lectionem, quam nullus codex mediaevalis habet, ponamus, cum fieri posse appareat, ut hic versus syllabas προσποι- continuerit, ita ut versui sequenti duodeviginti litterae supersint (et in his tantum una littera ι inest).

5, 3 Col. II (v. 4, 5). Post *καί* verba *τὸν ποταμόν* in papyro per errorem iterata sunt; sed librarius ipse hunc errorem per-
4 spiciens verba punctis superpositis delevit. (v. 14). In papyro pro lectione ceterorum codicum *κατὰ τοὺς ἀγρούς* stetisse *κατ' ἀγρούς* e numero litterarum versus Nicoleus recte collegit, quae lectio minime probanda est. Articulus enim hoc loco stare debet, quod certi agri, qui siti erant prope Plataeas, significantur. (v.15). Ut ceteros codices ita etiam papyrum lectionem *ἀπροσδοκήτου κακοῦ* sine articulo praebuisse numerus litterarum nos docet. Bredowius ante *κακοῦ* articulum inserere voluit et hunc secuti sunt Classenius et Hudeus; sed cum Henrico Iones consentiam, qui scripturam traditam praetulit nunc etiam papyri auctoritate confirmatam, praesertim cum hoc loco articulus ante *κακοῦ* minime desideretur. (v. 16). Papyrus in scriptura haud dubie recta *ἐβούλοντο* cum codice C consentit, cum ceteri codices praebeant formam falsam *ἠβούλοντο*.

13, 2 Col. III (v. 1). Verba *τῶν χρημάτων τῆς προσόδου* Herwerdenus delere voluit, quod Hudeus probavit. Sed ea verba ut in codicibus antehac cognitis sic in fragmento inveniuntur et recte Classenius annotavit ita coniungenda esse: *ἀπὸ τῆς προσόδου τῶν χρημάτων τούτων*. Qua de causa lectionem traditam nunc etiam papyro adiutam, quam iusta suspicione carere apparet, tenendam esse puto.

De fragmento quarto non habeo, quod dicam, cum paucae tantum litterae servatae sint, quae a tradito textu non differunt.

III.

Sequitur fragmentum parvum voluminis papyracei, quod continet partes capitum 7 et 8 libri secundi (Grenfell et Hunt, The Oxyrhynchus Papyri vol. I p. 44 nr. 17). E ductibus litterarum, quae sunt parvae rectaeque unciales, editores efficiunt volumen exaratum esse secundo vel tertio saeculo p. Chr. Atque verba, quae leguntur, sunt haec: [*Ἀθηναῖ-*]

l. II c. 7, 3 [*οι δὲ τήν τ*]*ε ὑπ*[*άρχουσαν*]
[*ξυ*]*μμαχίαν ἐ*[*ξήταζον*]
[*καὶ*] *ἐς τὰ περὶ Πελ*[*οπόννησον*]

χωρία μᾶλλον ἐ[πρεσβεύον-]
το, Κέρκυραν κα[ὶ Κεφαλλη-]
νίαν καὶ Ἀκαρ[νᾶνας καὶ Ζά-]
κυνθον· ὁρῶν[τες, εἰ σφίσι]
φίλια ταῦτ' [ε]ἴη [βεβαίως πέ-]
ριξ τὴ[ν Πελοπόννησον κα-]
8, 1 ταπολε[μήσοντες. ὀλίγον]
τε ἐπ[ενόουν οὐδὲν ἀμφότε-]
ροι, [ἀλλ' ἔρρωντο ἐς τὸν πό-]
λεμ[ον οὐκ ἀπεικότως.]

Haec omnia ut in codicibus mediaevalibus sic in fragmento leguntur praeter unum locum, ubi papyrus in collocatione verborum *χωρία μᾶλλον* (v. 4) differt a textu vulgato, qui praebet *μᾶλλον χωρία,* quae lectio sine dubio recta est. A scriba papyri *μᾶλλον* coniungi videtur cum *ἐπρεσβεύοντο*, a codicibus nostris recte cum *τὰ περὶ Πελοπόννησον*; nam legatos miserunt in eas civitates, quae magis circum Peloponnesum sitae erant.

IV.

Deinde tractandum mihi est fragmentum, quod continet partes capitum 22 usque 25 libri secundi (edit. a Grenf. et. Hunt. Oxyrh. Pap. vol. VI p. 184 nr. 878). Servatae sunt columnae tres voluminis papyracei, quod tribuendum est exeunti saeculo primo p. Chr. n. Textus scriptus est litteris uncialibus rotundis atque ornatis. Interpunctionis notas non invenimus, neque spiritus neque accentus apponuntur. Breve spatium inane significat finem enuntiati et paragraphi appositae sunt nonnumquam; ut versus compleret, librarius hamulos adhibuit. Verba autem, quae editores legerunt, sunt haec:

Col. I.

l. II c. 22, 3 [ἡ δὲ βοή]θεια αὕτη
[τῶν Θεσσαλῶν] κατὰ τὸ πα-
[λαιὸν ξυμμαχικ]ὸν ἐγένετο
[τοῖς Ἀθηναίοις, κ]αὶ ἀφίκον-
[το παρ' αὐτοὺς Λαρ]ισσαῖοι, Φαρ-

[σάλιοι, Παράσιοι]. Κραννώ->
[νιοι, Πυράσιοι, Γυρ]τώνιοι,>
[Φεραῖοι. ἡγοῦντο δ]ὲ αὐτῶν
[ἐκ μὲν Λαρίσσης Πολυμή]
[δης καὶ Ἀριστ]ό̣ν̣ο̣υ̣ς̣, ἀ̣π̣ὸ̣>
[τῆς στάσεως ἑκάτερος, ἐ]κ̣
[δὲ Φαρσάλου Μένων· ἦ]σ̣α̣ν
[δὲ καὶ] τ̣ῶ[ν ἄλλων κατὰ π]ό̣-
[λεις] ἄρχοντες.[

Col. II.

23, 3 ἀνεχώρησαν διὰ Βοιωτῶν,
οὐχ ἧιπερ ἐσέβαλον· παριόν-
τες δὲ Ὠρωπὸν τὴν γῆν τὴν
Πειρ$\overset{ι}{α}$κὴν καλουμένην, ἣν
νέμονται Ὠρώποι Ἀθηναί-
ων ὑπή[[ι]]κ[[$\overset{o}{ω}$]]οι, ἐδήιωσαν. ἀφι-
κόμενοι δὲ ἐς Πελοπόννη-
σον διελύθησαν κατὰ πό->
24, 1 λεις ἕκαστοι. ἀναχωρησάν-
των δ' αὐτῶν οἱ Ἀθηναῖοι φυ-
λακὰς κατεστήσαντο κατὰ
γῆν καὶ κατὰ θάλατταν, ὥσ-
π̣ε̣ρ̣ δὴ ἔμ̣ελλον διὰ παντὸς
[τοῦ] πολέμου φυλάξειν· καὶ
[χίλια] τάλαντα ἀπὸ τῶν ἐν
[τῆι] ἀκροπόλει χρημάτων [ἔ-]
[δοξε]ν̣ α̣ὐ̣[τοῖ]ς̣ ἐ̣ξ̣α̣ίρετα ποι-
[ησαμένοις χ]ωρίζεσθαι καὶ
[μὴ ἀναλοῦν], ἀ̣λλὰ ἀπὸ τῶν
[ἄλλων πολε]μεῖν· ἣν δέ τις
[εἴπηι ἢ ἐπιψ]ηφίσηι κινεῖν
[τὰ χρήματα τ]αῦτα ἐς ἄλλο τι,
[ἢν μὴ οἱ πολέ]μ̣ι̣ο̣ι̣ νηίτηι
[στρατῶι ἐπιπλέω]σι [τ]ῆι πό-

[λει καὶ δέηι ἀμύνασ]θαι, θά-
[νατον ζημίαν ἐπέθ]εντο.

Col. III.

25, 1 [Οἱ δ' ἐν ταῖς ἑκατὸν ναυσὶ
περὶ Πελοπόννησον Ἀθηναῖοι
καὶ Κερκυραῖοι μετ' αὐτῶν]
πεντή[κοντα ναυσὶ προσ-]
βεβοηθηκ[ότες καὶ ἄλλοι]
τινὲς τῶν ἐ[κεῖ ξυμμάχων]
ἄλλα τε ἐκάκ[ουν περιπλέ-]
οντες καὶ ἐς [Μεθώνην τῆς]
Λακωνικῆς [ἀποβάντες]
τῶι τείχει πρ[οσέβαλον, ὄν-]
τι ἀσθενεῖ κ[αὶ ἀνθρώπων]
2 οὐκ ἐνόντων. [ἔτυχε δὲ πε-]
ρὶ τοὺς χώρου[ς τούτους Βρα-]
σίδας ὁ Τέλλιδ[ος, ἀνὴρ Σπαρ-]
τιάτης φρουρ[ὰν ἔχων, καὶ αἰ-]
σθόμενος ἐβ[οήθει τοῖς ἐν]
τῶι χωρ[ί]ωι με[τὰ ὁπλιτῶν]
ἑκατόν. δ[ιαδραμὼν δὲ τὸ]
τῶν Ἀθην[αίων στρατόπεδον,]
ἐσκεδασ[μένον κατὰ τὴν χώ-]
ραν καὶ [πρὸς τὸ τεῖχος τετράμ-]
[μέ]νον, ἐσ[πίπτει ἐς τὴν Με-]
[θώ]νην κ[αὶ ὀλίγους τινὰς]
ἐνὶ τῆι ἐκ[δρομῆι ἀπολέσας]
τῶν μεθ' α[ὑτοῦ τήν τε πόλιν]
περιεποί[ησε καὶ ἀπὸ τούτου]
τοῦ τολμή[ματος πρῶτος τῶν]
κατὰ τὸν [πόλεμον ἐπηινέθη]
3 ἐν Σπάρτη[ι. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι]
[ἄρ]αντες π[αρέπλεον καὶ]
[σχόντ]ες τῆ[ς Ἠλείας κ. τ. λ.

De variis lectionibus, quae dissentiunt a textu tradito, di-
22, 3 cenda sunt haec. Col. I (v. 5). Papyrus praebet nomen *Λαρι-σαῖοι* ut codices AB c_2 cum duobus *σ* scriptum; sed dubium non est, quin scriptura *Λαρισαῖοι* codicum FM c_2 cum una *σ* praeferenda sit, cum inscriptiones Atticae illorum temporum hanc formam praebeant (cf. Meisterhans p. 98). Paulo infra (v. 6) fragmentum cum codicibus mediaevalibus consentire apparet; nam e numero litterarum huius versus nomen inter *Φαρσάλιοι* et *Κραννώνιοι* inserendum esse intellegimus. Vix est dubium, quin haec quoque papyrus lectionem codicum ABEFM *Παράσιοι* post *Φαρσάλιοι* praebuerit, quam scripturam ex errore in textum insertam iam antiquissimis temporibus exstitisse supra (p. 16) e commentario Oxyrhynchico didicimus. Verum nomen *Πειράσιοι* sicut in codicibus nostris inter *Κραννώνιοι* et *Γυρτώνιοι* insertum erat.

23, 3 Col. II (v. 17). Pro *Ὠρωπόν* papyrus falso *Ὀρωπόν* exhibet. (v. 18). Etiam in papyro invenimus lectionem codicum omnium *Πειραϊκήν* atque magni momenti est, quod iam in hoc teste antiquissimo illa scriptura legitur, quam minime probandam esse sensus nos docet, praesertim cum lectio haud dubie recta *Γραϊκήν* Stephani Byz. testimonio confirmetur (c. Wilamowitz, Oropos und die Graer, Hermes XXI p. 91 ss.). Ante *τὴν Γραϊκήν* Franckenius verba *τὴν γὴν* delere voluit et inter *τήν* et *Γραϊκήν* inserendam esse particulam *τε* coniecit, quae coniectura certe falsa est. Nam nominibus *Ὠρωπός* et *Γραϊκὴ γῆ* fines idem significantur, ergo particula *τε* locum non habet. (v. 19). Pro *Ὠρώπιοι* librarius papyri falso scripsit *Ὠρώποι*. (v. 32).
24, 1 Legimus in papyro formam *χωρίζεσθαι* pro *χωρὶς θέσθαι* codicum, et quin haec lectio recta sit dubium non est, cum nusquam medium verbi *χωρίζειν* usurpetur pro „seponere", quae vis a sensu postulata inest verbis *χωρὶς θέσθαι*. Facile autem est intellectu scripturam papyri e mendo librarii ortam esse.

25, 2 Col. III (v. 61). Lectionem papyri *ἐκδρομῆι* minime probandam esse apparet; *ἐσδρομῇ*, quod sensus postulat — Brasidas enim invasit non evasit — omnes codices mediaevales praebent.

(v. 62). Fragmentum adiuvat scripturam rectam codicis E αὑτοῦ (ἑαυτοῦ ABFM), αὐτοῦ falso in C scriptum est.

Atque omnes hae lectiones nos docent hanc papyrum in textu recensendo magna auctoritate non esse, cum eius textus magis quam codices medii aevi corruptus sit. Tamen magni momenti est, quod hic testis perantiquus cum codicibus mediaevalibus in duobus corruptelis satis gravibus consentit, ne uno quidem loco menda codicum corrigit, exhibet falsas lectiones, quibus ceteri codices liberi sunt.

V.

Sequitur parvum fragmentum adhuc ineditum, quod exhibet partes capitum 59 et 60 libri secundi. Una cum aliis papyris et membranis hoc fragmentum Antinupoli repertum anno 1908 collectioni papyrorum bibliothecae Gissensis insertum est, ubi ei numerus P 12 datus est. Edendam mihi hanc membranam benigne concessit Hermannus Haupt, bibliothecae Gissensis director. Exstant duo frustula eiusdem schedae codicis membranacei, quem saeculo quarto vel quinto exaratum esse e ductibus litterarum concludo. Hae enim sunt simillimae codicis membranacei Demosthenici, cuius fragmentum nuper repertum edidit Nicoleus et quem isdem temporibus attribuit. (Imaginem fragmenti dedit in Textes grecs inédits de la Collection papyrologique de Genève, PG 258 tab. II c d.)

Litterae sunt maximae atque diligenter compositeque scriptae, ductus crassiores clarius discernuntur. P, Φ, Y et Ψ eminent infra versum. Iota muta non ascribitur, accentus spiritusque in universum non appositi sunt (uno loco B 2 v. 7 ὃς legitur). Invenimus in fine versuum hastam libratam pro ν, adduntur interdum hamuli, ut versus compleantur, contra, si spatium non sufficit, ultimae litterae minutae sunt. In singulis paginis codicis binae columnae exstabant, quarum singulas continuisse versus fere duodetriginta computari potest. Columnae autem angustissimae fuerunt — singulis enim versibus continentur litterae fere tredecim. Supersunt hae partes paginae unius: Recto B 1 pars inferior columnae sinistrae, A 1 pars superior co-

lumnae dextrae. Verso A 2 pars superior columnae sinistrae, B 2 pars inferior columnae dextrae. Hoc autem ordine in contextu Thucydideo fragmenta singula subsequuntur:

B 1 (cap. 59, 1. 2)
A 1 (cap. 59, 2. 3)
A 2 (cap. 60, 1. 2)
B 2 (cap. 60, 4. 5)

Initium capitis 59 praeponam:

[*Μετὰ δὲ τὴν δευτέραν ἐσβολὴν*
τῶν Πελοποννησίων οἱ Ἀθηναῖοι,
ὡς ἥ τε γῆ αὐτῶν ἐτέτμητο τὸ
B 1 Recto *δεύτερον καὶ ἡ νόσος*] ἐ̣[πέ-
κẹιτο ἅμα καὶ ὁ
πọ́λεμος, [ἠλλοί-]
ωντο τ[ὰς] γ[νώ-]
μας, καὶ τọ̀[ν] μ̣[ὲν]
Περικλẹ́α [ἐ]ν [αἰτί-]
α εἶχον ὡς [πεί-]
σαντα σφᾶ[ς πο-]
λεμε[ῖ]ν· κ̣[αὶ δι' ἐκεῖ-]
νον ταị̃[ς] ξυ̣[μφο-]
ραῖς περιπ[επτω-]
κότες· πρọ̀[ς δὲ τοὺς]

In versu duodecimo pauca vestigia litterarum incertarum leguntur. Inter B 1 et A 1 desunt tres versus (litterae 41 textus traditi).

A 1 Recto.

[ὡς] ạ̓ὐτ̣οụ̀ς ἄπ̣[ρα-]
κτ̣ọι ἐγένοντ̣[ο.]
π̣[αν]ταχόθεν
τε τῇ γνώμηṿ
ἄποροι καθ[ε]στῶ-
τες ἐνέκẹ[ι]ντ[ο]
τῷ Περικλεῖ. ὁ δὲ

ὁ̣[ρ]ῶ̣ν αὐτοὺς
πρὸς τὰ παρόν-
τα χ[α]λ̣επαίνον-
τα[ς] κ̣αὶ̣ πάντα ποι-
[οῦν]τ̣α̣ς ἅπερ αὐ-
[τὸς ἤλπιζε,]

Inter A 1 et A 2 desunt versus fere sedecim (205 litterae textus traditi).

A 2 Verso.

[τὰ]ς α[ἰτίας καὶ ἐκ-]
κλησ[ίαν] τ̣ο̣ύτου
ἕνεκα ξυν[ήγα]γον
ὅ̣πως ὑπομνή-
σ̣ω καὶ μ[έ]μψω-
μ̣αι [εἴ τι μὴ] ὀρθῶ̣ς
ἢ ἐμ[οὶ χ]αλ[επαίνε-]
ται ἢ̣ [ταῖς] ξυ[μ]φ̣[ο-]
ρ[α]ῖ̣[ς εἴκε]τε. ἐγὼ
γ̣ὰ̣ρ̣ ἡγοῦμαι π̣ό̣-
λ[ι]ν πλ$^{\varepsilon}$ίω [ξύμπα-]
σαν ὀ̣ρθ[ουμέν]ην̣

Inter A 2 et B 2 desunt versus fere triginta (398 litterae).

B 2 Verso.

πολεμε̣ῖ̣ν̣ [κα]ὶ
[ὑμᾶς] αὐτοὺς [ο]ἵ̣
[ξυ]ν[έ.γ]νωτε
[δι' αἰτίας] ἔχετε. καί-
[τ]ο̣[ι ἐμο]ὶ̣ τοι[ού-]
[τ]ῳ̣ ἀνδρὶ ὀργί-
[ζεσθε] ὃς οὐδε-
[νὸς ἥ]σ̣σων οἴ-⟩
[ομα]ι̣ εἶ̣ν̣αι γνῶ-
[ναί] τ̣ε τὰ δέοντα ··

[καὶ ἑ]ρμ̣ηνεῦσαι
[ταῦτα] φιλόπο̣λ̣ι̣ς

Praeterea in fragmento A 1 pauca vestigia litterarum cognosci possunt, quae fuerunt in columna sinistra finitima (v. 3 ω, 8 ιν, 11 η).

De textu autem recensendo haec dicenda sunt: (B 1 v. 7).
59, 2 Kruegerus coniecit pro ὡς ponendum esse καί, quae coniectura etiam hoc codice reprobatur. (A 1 vers. 4). Fragmentum consentit in scriptura πανταχόθεν τε cum codicibus ABEFM, quam cum Hudeo lectioni codicum CG πανταχόθεν δέ praeferam. (A 1 v. 5). Item facit fragmentum cum codicibus, quorum dux est Vaticanus B, in scriptura καθεστῶτες, cum codices CG habeant καθεστηκότες, quam scripturam Hudeus praetulit. Sed lectionem plurimorum codicum nunc etiam fragmenti auctoritate confirmatam probandam esse puto; nam formae προεστῶτα et ἐνεστᾶσι in V saeculi titulis inveniuntur (cf. Meisterhans p. 189). In versu 4 eiusdem columnae praebet fragmentum τῇ γνώμην pro lectione τῇ γνώμῃ ceterorum codicum atque apparet scripturam fragmenti mendo librarii ortam esse, qui fortasse τὴν γνώ-
60, 1 μην scribere voluit. (A 2 v. 8). Pro χαλεπαίνετε in membrana
4 lapsu librarii χαλεπαίνεται scriptum est. (B 2 v. 3). Inter ν et νωτε lacuna hiat trium vel quattuor litterarum; quae fuerit lectio membranae, certe scire non possumus, fortasse librarius unam vel duas litteras per incuriam iteravit. In versu sequenti spatium vix sufficit 8 litteris (δι' αἰτίας). (B 2 v. 8). Denique lectione huius codicis adiuvatur collocatio sine dubio melior ἥσσων οἴομαι, quam praebent codices CG, contra οἴομαι ἥσσων codicum ABEFMg et Dionysii Hal. .

Novas igitur lectiones, quae alicuius pretii sunt, hoc fragmentum codicis non praebet, quamquam est antiquissimus inter codices membranaceos Thucydidis nobis adhuc cognitos. Neutri autem familiae codicum inseri potest; nam bis (πανταχόθεν τε, καθεστῶτες) cum codicibus AB EFM, semel (ἥσσων οἴομαι) cum codicibus CG facit.

VI.

Eiusdem libri partes capitum 73 et 74 leguntur in parvo fragmento superioris partis columnae voluminis papyracei, cuius decem versuum tam pauca verba servata sunt, ut satis certe dici non possit, quo modo singuli versus distribuendi sint. (Edit. in Oxyrhynch. Papyr. vol. III p. 103, nr. 451). Fragmentum, quod litteris magnis uncialibus exaratum est, ab editoribus tertio saeculo tribuitur. Atque haec verba in eo leguntur: [ἐπι-]

l. II c. 73, 3 [σκήπτουσ]ί̣ τ̣[ε] ὑμεῖ[ν πρὸς τῶν ὅρ-]
[κων οὓς οἱ π]ατέρες ὤμ[οσαν μηδὲν νεω-]
[τερίζειν] περὶ τὴν ξ[υμμαχίαν.]
74, 1 [τοιαῦτα] τῶν πρέσβε[ων ἀπαγγειλάν-]
[των οἱ Π]λαταιῆς ἐβο[υλεύσαντο Ἀθη-]
[ναίους μ]ὴ προδιδόν[αι, ἀλλ' ἀνέχεσθαι]
[καὶ γῆν] τεμνομένη[ν, εἰ δεῖ, ὁρῶντας καὶ]
[ἄλλο πά]σχοντας ὅ τι ἂ[ν ξυμβαίνηι· ἐξ-]
[ελθεῖν τε ἔ]τι μηδένα, [ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ]
[τείχους ἀποκρί]νασθα[ι κ. τ. ἑ.

Pauca de textu dicenda sunt. (v. 5). Pro scriptura *Πλαταιῆς* papyri habent codices CFGM *Πλαταιεῖς* et codex B *Πλαταιῆις*. Sed optimo iure iam editores omnes formam *Πλαταιῆς* praetulerunt, quam Thucydidis aetate usitatiorem fuisse etiam inscriptiones nos docent (cf. Meisterhans p. 110). Paulo infra (v. 9) legimus in papyro pro *μηδένα ἔτι*, quam lectionem ceteri codices praebent, *ἔτι μηδένα*; sed causam non esse elucet, cur hanc collocationem verborum per se nihilo meliorem lectioni omnium codicum mediaevalium praeferamus.

VII.

Sequitur fragmentum voluminis papyracei, cuius duae columnae servatae sunt, in quibus exstant partes capitum 90 et 91 libri secundi (edit. in Oxyrhynch. Pap. vol. II p. 117, nr. 225, tab. V). E ductibus litterarum uncialium, quae sunt satis magnae sed minus accurate scriptae, editores concludunt volumen medio vel exeunti saeculo primo tribuendum esse. Atque valde dolemus,

quod tam pauca huius testis perantiqui supersunt; nam illum praebuisse textum accuratum et rectum, qui plurimum valeret ad textum Thucydideum emendandum, iam parvae reliquiae repertae ostendunt. Haec verba editores Britannici in papyro legerunt:

Col. I.

τὰς δ' ἄλ-]
l. II c. 90, 5 [λας ἐπικαταλαβόν]τες
[ἐξέωσάν τε πρὸς τὴ]ν⟩
[γῆν ὑποφευγούσας καὶ] δι-
[έφθειραν, ἄνδρας τε τ]ῶν
[Ἀθηναίων ἀπείκτει]ναν
[ὅσοι μὴ ἐξένευσαν] αὐ-⟩
6 [τῶν. καὶ τῶν νεῶν τ]ινας
[ἀναδούμενοι εἷλκ]ον⟩
[κενάς (μίαν δὲ αὐτοῖ]ς ἀν-
[δράσιν εἶχον ἤδη), τ]ὰς
[δέ τινας οἱ Μεσσήνι]οι
[παραβοηθήσαντες] καὶ
[ἐπεσβαίνοντες ξὺν] τοῖς
[ὅπλοις ἐς τὴν θάλασσ]αν
[καὶ ἐπιβάντες ἀπὸ τ]ῶν

(desunt 10 versus.)

Col. II.

91, 1 τὴν ἐπισ[τροφὴν ἐς τὴν]
εὐρυχωρί[αν. καὶ φθάνου-]
σι αὐτοὺ[ς πλὴν μιᾶς νε-]
ὼς προ[καταφυγοῦσαι]
πρὸς τ[ὴν Ναύπακτον,]
καὶ σχοῦσαι ἀν[τίπρῳροι]
κατὰ τὸ Ἀπολ[λώνιον]
παρεσκευάζ[οντο ἀμυ-]
νούμεναι, ἢν [ἐς τὴν]
γῆν ἐπὶ σφᾶς [πλέωσιν.]

91, 2 οἱ δὲ παραγεν[όμενοι]
ὕστερον ἐπαι[ωνιζόν]
τε ἅμα πλέοντ[ες ὡς νε-]
νικηκότες, κ[αὶ τὴν μί-]
αν ναῦν τ[ῶν Ἀθηναίων]

De lectionibus papyri annotanda sunt haec. (Col. I v. 10). 90, 6
E numero litterarum cognoscitur etiam in papyro particulam ἤδη, quam ceteri codices habent, omissam non esse et causam non video, cur hanc lectionem nunc magis etiam quam antea confirmatam corrigamus — nonnulli viri docti ἤδη delere voluerunt — praesertim cum sensus hanc correctionem minime postulare mihi videatur.

(Col. II v. 1). Fragmentum consentit in scriptura ἐπιστρο- 91, 1
φήν cum codicibus CGM, cum ceteri praebeant ὑποστροφήν. Sed lectionem optimorum codicum papyri auctoritate adiutam ἐπιστροφήν sine dubio praeferendam esse etiam locus capitis 90, 5 nos docet, ubi omnibus in codicibus invenimus ἐπιστροφήν, quod nomen Classenius recte interpretatus est: τὸν ἐπίπλουν τῶν ἐπιστραμμένων νεῶν. (v. 2). Papyrus sola habet ante αὐτούς scripturam φθάνουσι sine ν epagogico. Quam inconstanter in hac littera ponenda vel vetustissimae papyri sint, optime demonstravit Croenertius (Memoria Herculanensis p. 137 ss.). (v. 5). Invenimus in fragmento eandem lectionem πρὸς τὴν Ναύπακτον atque in codice C, cum ceteri codices praebeant ἐς τὴν Ναύπακτον. Cum Hudeo consentio, qui iam huius codicis lectionem praetulit; nam naves non in oppidum ipsum fugerant, sed in oppidum versus, quod est πρὸς Ναύπακτον, ad oram proram advertebant. (v. 6). In forma σχοῦσαι consentit papyrus cum codice M et manu secunda codicis F pro ἴσχουσαι ceterorum codicum. Quamqum nunc apparet codicis Londinensis M lectionem antiquitus traditam esse et hunc codicem aliqua auctoritate esse in textu recensendo, tamen hoc loco scripturam codicum optimorum contra Henricum Iones, qui praetulit σχοῦσαι, tenendam esse cum Hudeo consentio, cum ἴσχουσαι participium praesentis, quod est „naves

91, 2 οἱ δὲ παραγεν[όμενοι]
ὕστερον ἐπαι[ώνιζόν]
τε ἅμα πλέοντ[ες ὡς νε-]
νικηκότες, κ[αὶ τὴν μί-]
αν ναῦν τ[ῶν Ἀθηναίων]

De lectionibus papyri annotanda sunt haec. (Col. I v. 10). 90, 6
E numero litterarum cognoscitur etiam in papyro particulam ἤδη, quam ceteri codices habent, omissam non esse et causam non video, cur hanc lectionem nunc magis etiam quam antea confirmatam corrigamus — nonnulli viri docti ἤδη delere voluerunt — praesertim cum sensus hanc correctionem minime postulare mihi videatur.

(Col. II v. 1). Fragmentum consentit in scriptura ἐπιστρο- 91, 1
φήν cum codicibus CGM, cum ceteri praebeant ὑποστροφήν. Sed lectionem optimorum codicum papyri auctoritate adiutam ἐπιστροφήν sine dubio praeferendam esse etiam locus capitis 90, 5 nos docet, ubi omnibus in codicibus invenimus ἐπιστροφήν, quod nomen Classenius recte interpretatus est: τὸν ἐπίπλουν τῶν ἐπιστραμμένων νεῶν. (v. 2). Papyrus sola habet ante αὐτούς scripturam φθάνουσι sine ν epagogico. Quam inconstanter in hac littera ponenda vel vetustissimae papyri sint, optime demonstravit Croenertius (Memoria Herculanensis p. 137 ss.). (v. 5). Invenimus in fragmento eandem lectionem πρὸς τὴν Ναύπακτον atque in codice C, cum ceteri codices praebeant ἐς τὴν Ναύπακτον. Cum Hudeo consentio, qui iam huius codicis lectionem praetulit; nam naves non in oppidum ipsum fugerant, sed in oppidum versus, quod est πρὸς Ναύπακτον, ad oram proram advertebant. (v. 6). In forma σχοῦσαι consentit papyrus cum codice M et manu secunda codicis F pro ἴσχουσαι ceterorum codicum. Quamqum nunc apparet codicis Londinensis M lectionem antiquitus traditam esse et hunc codicem aliqua auctoritate esse in textu recensendo, tamen hoc loco scripturam codicum optimorum contra Henricum Iones, qui praetulit σχοῦσαι, tenendam esse cum Hudeo consentio, cum ἴσχουσαι participium praesentis, quod est „naves

in ancoris tenere", magis ad sensum quadrare puto, quam σχοῦσαι participium aoristi, quod est „naves constituere". (v. 7). Ut in codicibus CG ita in papyro legimus κατὰ τὸ Ἀπολλώνιον, cum codices ABEFM articulum omittant, atque apparet lectionem illam nunc papyri auctoritate adiutam haud dubie probandam esse; nam articulo hoc loco minime carere possumus. (v. 9). Cum omnes codices mediaevales praebeant ἀμυνούμενοι (CGEb) vel ἀμυνόμενοι (ABFM), papyrus habet femininum ἀμυνούμεναι atque sine ulla dubitatione hanc lectionem probem; nam ita leges grammaticae observantur et constructio enuntiati multo clarior fit antecedentibus duobus participiis προκαταφυγοῦσαι et ἴσχουσαι (scil. νῆες).

Atque haec pauca tantum verba fragmenti nos iam docent papyrum textum haud dubie accuratum praebuisse et simul auctoritas codicis C confirmatur, cum quo tribus in lectionibus certe rectis papyrus consentit (bis cum familia codicum CG, cuius dux est Laurentianus).

VIII.

Libri tertii partes capitum 58 et 59 nobis servatae sunt in fragmento papyraceo, quod editores Grenfellius et Huntius (Oxyrhynch. Pap. vol. VI p. 186 nr. 879) saeculo tertio tribuerunt. Litterae unciales sunt obliquae et habent formam usitatam illius saeculi. Praeter paragraphos usitatas hoc in volumine nonnullis locis puncta interpunctionis causa apposita videmus, quas notas omnes a librario ipso, quem etiam litteras super versum octavum et undecimum inseruisse verisimile est, positas esse editores nos docent. Atque textus, quem praebet papyrus, est hic:

Col. I.

l. III c. 58,4 [εὖνοι μὲν ἐκ φιλίας χώ-]
[ρας, ξύμμαχ]ο[ι δὲ ὁμαί-]
χμοις ποτ[ὲ] γενομένοις.
ὧν ὑμεῖς τὸ ἐναντίον
ἂν δράσαιτε μὴ ὀρθῶς
γνόντες· σκέψασθε δέ.

58, 5 *Παυσανίας μὲν γὰρ ἔθα-*
πτεν αὐτοὺς νομίζων
[ἐ]ν γῆι τε φιλ[ί]αι τιθέναι·
καὶ παρ' ἀνδράσι τοιούτοις·
ὑμεῖς δὲ εἰ κτενεῖτε ἡ-
μ[ᾶ]ς καὶ [χ]ώραν τὴν Πλα-
ταιΐδα Θηβαΐδα ποιήσε-
τε, τί ἄλλο ἢ ἐν πολεμίαι
τε καὶ παρὰ τοῖς αὐθέν-
ταις πατέρας τοὺς ὑμε-
τέρους κα[ὶ ξυ]γγενεῖς ἀ-
τίμους γερῶν ὧν νῦν
[ἴ]σχουσι καταλείψετε; πρὸς
δὲ καὶ γῆν ἐν ἧι ἠλευ-
[θ]ερώθησαν οἱ Ἕλληνες
δουλώσετε, ἱερά τε θεῶν
[οἷς] εὐξάμενοι Μήδων
[ἐκρ]άτησαν ἐρημοῦτε
[καὶ θ]υσίας [τὰ]ς [π]ατρίους
[τῶν ἑσσαμένω]ν καὶ κτι-
[σάντων ἀφαιρήσεσ]θ̣ε̣

Col. II.

59, 2 *[ἡμέρας τε ἀναμιμνήι-]*
σκ[ομεν ἐκείνης ἧι τὰ]
λα[μπρότατα μετ' αὐτῶν]
πρ[άξαντες νῦν ἐν τῆι-]
δε τ[ὰ δεινότατα κινδυ-]
3 *νε[ύομεν παθεῖν. ὅπερ]*
δὲ ἀ[ναγκαῖόν τε καὶ]
χαλ[επώτατον τοῖς ὧδε]
ἔχο[υσι, λόγου τελευτᾶν, δι-]
ότι κ[αὶ τοῦ βίου ὁ κίνδυνος]
ἐγγὺ[ς μετ' αὐτοῦ]

Variae lectiones, quae dissentiunt a textu in codicibus antehac nobis cognitis tradito, in papyro non inveniuntur. (Col. I

58, 4 v. 4). In scriptura δράσαιτε consentit papyrus cum plerisque codicibus, cum codex C praebeat δράσετε haud dubie falsum (v. 5). Papyro adiuvatur lectio codicum ABEFGM σκέψασθε δέ, pro qua codex C habet σκέψασθέ τε, quam lectionem Hudeus et Henricus Iones praetulerunt. Sed nunc papyri auctoritate magis etiam quam antea altera lectio confirmatur, quam recte iam Classenius probavit et interpretatus est: „Epexegetische Anknüpfung statt σκέψασθε γάρ (wie in l. III cap. 46, 2 oder καὶ σκέψασθε in l. I cap. 33, 2).“ Eandem coniunctionem membrorum atque hoc loco, ubi particula γάρ sequentibus verbis inserta est, etiam in cap. 143, 5 libri primi apud Thucydidem invenimus, ubi omnes codices consentiunt in lectione σκέψασθε δέ. εἰ γάρ κ.τ.λ. (v. 23).
5 Ut etiam ceteri codices fragmentum habet ἐρημοῦτε, pro qua forma Herwerdenus coniecit ἐρημώσετε et Stahlius ἐρημοῦντες. Sed hae correctiones minime necessariae mihi videntur, quamquam id, quod Classenius censuit — ἐρημοῦτε non praesentem sed futurum Atticum putandum esse — certe falsum est, cum tale futurum verborum, in quibus longa vocalis terminationem -σω antecedit, non exstet (cf. Kühner-Blass, Grammatik der griechischen Sprache II, § 228, Anmerkung 1). Cum Kühnerio, qui in paragrapho modo commemorata hunc locum Thucydideum affert, consentio praesentem defendi posse, cum antecedenti verbo δουλώσετε futurum iam satis significetur, et lectio ἐρημοῦτε nunc magis quam antea confirmetur.

IX.

Summi momenti sunt amplae reliquiae voluminis Oxyrhynchici, de quibus nunc mihi dicendum est. Duo huius voluminis fragmenta continua seorsum inventa et edita sunt.[1]) De altera parte continente capita 36—41 libri quarti, quae primum in lucem prolata est et quod fragmentum est maximum inter omnia adhuc reperta, iam egerunt Blassius (Literarisches Zentralblatt 1897, 45 Sp. 1462 ss.), Leeuwenius (Mnemosyne XVI p. 112 ss.),

1) Ernestus Voltz (Thukydidespapyri, p. 9) non intellexit duo fragmenta haud dubie partes continuas eiusdem voluminis esse.

Steupius (Rhein. Museum 53 (1898) p. 308 ss.). Hanc partem fragmenti primum edidit A. S. Hunt (in Archaeological Report for 1896/97 of the Egypt Exploration Fund, p. 13—21). Textum et adnotationes criticas iterum protulerunt Grenfellius et Huntius (in The Oxyrhynch. Pap. vol. I p. 39 ss. nr. 16 tab. IV, qua editione usus sum). Alteram, in qua exstant partes capitum 28—36, ediderunt Grenfellius et Huntius (in Oxyrhynch. Pap. vol. IV p. 141 ss. nr. 696) et de huius partis lectionibus iam egerunt Wilamowitzius (Götting. gel. Anzeigen von 1904 nr. 8 p. 675 ss.), Fuhrius (Berliner philol. Wochenschrift 1904 Sp. 1510), Blassius (Archiv für Papyrusforschung III, 1906, p. 488).

Servatae sunt in papyri parte primum inventa tres columnae paene integrae, quarum singulae continent versus 50 vel 52 et in altera parte reliquiae sex columnarum antecedentium (tantum de columna tertia nihil servatum est). E ductibus litterarum editores efficiunt volumen saeculo primo tribuendum esse, cum Blassius orthographiae emendatae causa saeculo secundo id exaratum esse censeat. Notae, quas etiam aliis in codicibus illius aetatis invenimus, nonnullis locis appositae sunt et saepius super versum variae lectiones insertae sunt, quod maximi momenti esse apparet. Locis, ubi haec varietas lectionum reperitur, semper scripturas dubias punctis inclusit librarius et nota librata superscripta significavit, supra quam lectio varia inserta est. Littera ν paragogica nonnullis locis a manu secunda aut, quod editores malunt, a manu librarii ipsius inserta est, cum adnotationes super vers. 22 et 43 col. IX et vers. 2 col. X fortasse etiam super vers. 10 col. VIII et vers. 3 col. X a manu multo posteriore facta sint, a qua etiam notae criticae in margine et inter versus appositae sunt. Textus autem, quem legimus in papyro, est hic.

Col. I.

IV c. 28, 4 κ]αὶ
[Ἰμβρίους τοὺς παρόντας καὶ] πελ-
[ταστάς]

Col. II.

[καταφανῆ ἂν εἶναι πάντα τὰ]
29, 3 ἁμαρτήμ[ατα, ὥστε προσπεί-]
πτειν ἄ[ν αὐτοὺς ἀπροσδοκή-]
οι
τ·ω·ς ἢ βούλ[οιντο· ἐπ' ἐκεί-]
νοις γὰρ εἶν[αι ἂν τὴν ἐπιχεί-]
[ρη]σιν.[

De columna sequenti nihil servatum est.

Col. IV.

[οἱ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς μὲν π]ρώτους
32, 1 [φύλακας, οἷς ἐπέδρα]μον, εὐθὺς
[διαφθείρουσιν ἐν[1])] ταῖς εὐναῖς ἔτ̣[ι
[ἀναλαμβάνοντ]ας · ἔτι · τὰ ὅπλα
[καὶ λαθόντες τ]ὴν ἀπόβασιν, οἰ-
τὰς ναῦς
[ομένων αὐτ]ῶν κατὰ τὸ εἰω-
[θὸς ἐς ἔφορμον] νυκτὸς πλεῖν.
[ἅμα δὲ ἕωι γιγνο]μένηι καὶ ὁ
2 [ἄλλος στρατὸς] ἀπέβαινεν,
[ἐκ μὲν νεῶν ἑ]βδομήκοντα
[καὶ ὀλίγωι πλει]όνων πάν-
[τες πλὴν θαλαμι]ῶν, ὡς ἕκα-
[στοι ἐσκευασμέ]νοι, τοξόται
[δὲ ὀκτακόσιοι καὶ πε]λτασταὶ

Col. V.

4 [κατὰ νώτου τε ἀεὶ ἔμελλον]
[αὐτοῖς, ἧι χωρήσ]ειαν οἱ π[ολ]έ-
[μιοι, ἔσεσθαι ψειλο]ί, καὶ οἱ ἀπο-
[ρώτατοι], τοξ[εύμα]σι καὶ ἀ-
[κο]ντίο[ις] καὶ λίθ[ο]ις καὶ σφεν-

1) Editores cum codicibus inserunt τε ante ταῖς, sed lacuna non tanta videtur, ut particulam exstitisse veri simile sit.

[δό]ναις ἐ[κ] πολλοῦ [ἔ]χοντες ἀλ-
[κή]ν· οἷ[ς] μηδὲ ἐπελθεῖν οἷον
[τ' ἦν·] φεύγον[τές] τε γὰρ ἐ-
[κράτουν] κα[ὶ ἀναχω]ροῦσι^ν ἐπέ-
[κειντο.]

Col. VI.

33, 2 [χωρί]ω̣ν τ̣[ε
[πό]τητ[ι καὶ] ὑπὸ τῆ[ς πρὶν ἐ-]
[ρη]μίας τραχέων [ὄντων, ἐν]
[οἷ]ς οἱ Λακεδαιμόνιοι [ο]ὐ[κ ἐδ]ύ-
[ναντο] διώκειν ὅπλα ἔχον-
34, 1 [τες. χρό]νον μὲν οὖ[ν τ]ινα
[ὀλίγον ο]ὕτω^ς πρὸς ἀλλήλους
[ἠκρο]βολίσαντο· τῶν δὲ
[Λακ]εδαιμονίων οὐκέτι ὀ-
[ξέως] ἐπέχειν ἧι προσπείπτοι-
[εν δυ]ν̣α̣μένων, γ[νό]ντες αὐ-
τοὺς ο[ἱ] ψειλοὶ β̣ρ[α]δυ[τέρους ἤδη]
ὄντας τῶι ἀμύν^ᾱεσθα[ι, καὶ]
αὐτοὶ τῆι τε ὄψει τ·οῦ^(ῶι)· θαρρ[εῖ]ν̣
τὸ π[λ]εῖστον εἰληφ[ό]τες πολ-
λαπλάσιοι φαινόμενοι καὶ
ξυν·ει^([[ι]])·θισμένοι μᾶλλον μη-
κέτι δεινοὺς αὐτοὺς ὁμοίως
σφίσι^ν φαίνεσθ[αι], ὅτ[ι] οὐκ εὐθὺς
ἄξια τῆς πρ[ο]σ[δ]οκία[ς ἐ]πε-
[πόνθεσαν, ὥσ]περ ὅτε πρ[ῶ-]
[τον ἀπέβαινον] τῆι γ[ν]ώ̣[μηι]
[δεδουλωμένοι] ὡς ἐπ[ὶ] Λακε-
[δαιμονίους,] καταφρονή-
[σαντες καὶ ἐμ]βοή[σα]ντε[ς
[ἀθρόοι ὥρμησαν ἐ]π' αὐτοὺ[ς
[καὶ ἔβαλλον λί]θ̣ο̣[ις] .

Col. VII.

[κινδύνου τε πανταχόθεν περι-]
34, 3 [εσ]τ[ῶ]τος καὶ οὐκ ἔχ[οντε]ς ἐλ-
πίδα καθ' ὅ τι χ[ρ]ὴ ἀ[μυ]νομέ-
νους σωθῆναι. τέλ[ος] δὲ τραυ-
35, 1 ματιζομένων ἤδη πολ-
ἀε[ὶ]
λῶν διὰ τὸ ἐν τῶι αὐτῶι ἀνα-
στρέφεσθαι, συγκλήσαντες
ἀνεχώρησαν ἐς τὸ ἔσχατον ἔρυ-
μα τῆς νήσου οὐ πολὺ ἀπέχον
2 ·/. καὶ τοὺς ἑαυτῶν φύλακας. ὡς
δ^ε ἐνέδοσαν, ἐνταῦθα δὴ πολ-
⋮ ≡ λῶι ἔτι πλέ·ῑ·ονι βοῆι τεθαρ-
ρηκότες οἱ ψειλοὶ ἐπέκειντο,
καὶ τῶν Λακεδαιμονίων
ὅσοι μὲν ὑποχωροῦντες ἐν-
κατ[ελαμβάν]οντο, ἀπέθνη-
σκον, ọ[ἱ δὲ πολ]λοὶ διαφεύγον-
τες π[ρὸς] τὸ ἔρ[υ]μα μετὰ τῶν
ταύτ[ηι] φυλάκων ἐτάξαν-
το παρ[ὰ πᾶ]ν ὡς ἀμυνούμε-
[νο]ị [ἧιπ]ερ ἦν ἐπίμαχον.
3 [οἱ δ' Ἀθη]ναῖοι ἐπισπό[μενοι]
[πε]ρ[ίοδον μ]ὲν αὐτῶ[ν καὶ]
κύκλ[ωσιν χωρ]ίου ἰ[σχύι]
οὐκ εἶχον, προσιό[ντες]
δ^ε ἐξ ἐναντίας ὤσασθ[αι ἐπει-]
4 [ρῶν]το, καὶ χρ[όνον μὲν]
[πολὺν καὶ τῆς ἡμέρας τὸ πλεῖ-]
[στον ταλαι]π[ω]ρ[ούμε]νοι ἀμ[φό-]
[τεροι ὑπό] τε τῆς μάχης κ[αὶ]
[δίψης καὶ] ἡ[λίο]υ ἀντ[εῖ]χ[ον,]
[πειρώμενο]ι ο[ἱ μὲν

Col. VIII.

36, 2 [κατὰ τὸ αἰεὶ παρεῖκον τοῦ κρημνώ-]
[δο]υς τῆς νήσου προσβαί-》
[ν]ων καὶ ἧι οἱ Λακεδαιμό-
ν[ι]οι χωρίου ·τι· ἰσχύι πιστεύ-
οντες ουκ ἐφύλα·$\overset{σσ}{ττ}$·ον, χαλε-
πῶς τε καὶ μό·$\overset{γ}{λ}$·ις περιελθὼν
[ἔ]λαθε, καὶ ἐπὶ τοῦ μετεώρου
ἐξαπίνης ἀναφανε[ὶ]ς κατὰ
νώτου αὐτῶν το[ὺς] μὲν τῶι ἀ-
δοκήτω[ι] ἐξέπληξε, τοὺς δὲ
·/. ἃ προσεδέχοντο ἰδόντ$\overset{α}{ε}$ς πολ-
3 ≡ λῶι μᾶλλον ἐ[π]έρ[ρ]ωσε. καὶ
οἱ Λακεδαιμ[όνιοι] βαλλόμε-
νοί τε ἀμφοτ[έρ]ωθε[ν] ἤ[δ]η
[κ]αὶ γιγνόμεν[ο]ι ἐν τῶι αὐτῶι
ξυμπτώματι, ὡς μεικρὸν
μεγάλω[ι] ἰκάσαι, τῶ[ι] ἐν [Θε]ρ-
μοπύλαι[ς] (ἐ[κεῖ]νοί τε γὰρ
τῆι ἀτραπῶι π[ερ]ιελθόντων
τῶν Περσ[ῶ]ν διεφθάρησα[ν] οὗ-
[τοί] τε), ἀμφ[ίβο]λοι ἤδ[η] ὄν[τε]ς
[οὐ]κέτι ἀν[τεῖχο]ν, [ἀ]λ[λ]ὰ π[ολ-]
[λοῖ]ς τε ὀλί[γ]οι [μαχ]όμεν[οι]
[κ]α[ὶ] ἀσ[θενείαι] σωμά-
[τω]ν διὰ τὴ[ν σιτ]οδείαν ὑ-
[πε]χώρουν· [καὶ οἱ Ἀ]θηναῖοι [ἐ-]
[κρ]$\overset{β}{ά}$τουν $\overset{α}{ἤ}$δ[η τῶν] ἐφόδων.〉
37, 1 [γ]νοὺς δὲ ὁ [Κλέ]ω[ν] καὶ ὁ Δημο-
[σθ]ένης, εἰ κ[αὶ ὁ]ποσονοῦν μᾶλ-
[λο]ν ἐνδ$\overset{α}{ώ}$σ[ο]υσ[ι], διαφθαρησο-
[μ]ένους αὐτοὺς ὑπὸ τῆς σφε-
[τέ]ρας στρατ[ι]ᾶς, ἔπαυσαν τὴν

[μ]άχην καὶ τοὺς ἑαυτῶν ἀπεῖρ-
[ξ]αν, βουλόμενοι ἀγαγεῖν
[αὐ]τοὺς [Ἀ]θηναίοις ζῶντας,
[ε]ἴ πως [τ]οῦ κηρύγματος ἀκού-
σαντες [ἐ]πικλασθεῖεν τῆι
γνώμηι τὰ ὅπλα παραδοῦ-
ναι καὶ ἡ·$\overset{σσ}{\overline{ττ}}$·ηθεῖεν τοῦ παρ-
37, 2 [όν]τος δειν[ο]ῦ, ἐκήρυξάν τε,
[εἰ βο]ύλονται, τὰ ὅπλα παραδοῦ-
ναι κα[ὶ] σφᾶς αὐτοὺς Ἀθηναί-
οις ὥστε βουλεῦσαι ὅ τι ἂν ἐκεί-
38, 1 νοις δοκῆι. οἱ δὲ ἀκούσαντες
[πα]ρῆκαν τὰς ἀσπίδας οἱ πλεῖ-
[στοι] καὶ τὰς χεῖρας ἀνέσεισαν
[δηλοῦ]ντ[ε]ς προσίεσθαι τὰ κε-
[κηρυγμ]ένα. μετὰ δὲ
[ταῦτα γεν]ομένης τῆς ἀν·$\overset{ο}{\overline{α}}$·
[κωχῆς ξυ]νῆ[λ]θο[ν] ἐ[ς] λό-
[γους ὅ τε Κλέων καὶ ὁ Δη]μο-
[σθένης . . . .
[. . . . προ-]

Col. IX.

τέρ·$\overset{ο}{\overline{ω}}$·ν ἀρχόντων τοῦ μὲν
πρώτου τ[ε]θν[η]κότος, Ἐπιτάδου,
·/. τοῦ δὲ μετ' αὐτὸν ἱππαγρέτ[ο]υ
ἐφη$\overset{·ευ·}{ιρ}$ημένου ἐν τοῖς νεκροῖς ἔ-
τι ζῶντος κειμένου ὡς τε-
θν·$\overset{ε}{\overline{η}}$·ῶτος, αὐτὸς τρίτος ἐφ·$\overset{ηι}{\overline{ει}}$·-
ρημένος ἄρχειν κατὰ νό·$\overline{μι}$·-
μον, εἴ τι ἐκεῖνοι πάσχοιεν.
2 ἔλεξε[ν] δὲ ὁ Στύφων καὶ οἱ με-
·/. τ' αὐτοῦ ὅτι βούλονται διακη-
ρυκεύ[σ]ασθαι πρὸς τοὺς ἐν τῆι

ἠπείρωι Λακεδαιμονίους
38, 3 ὅ τι χρὴ σφᾶς ποιεῖν. καὶ ἐ-
κείνων μὲν οὐδένα ἀφέν-
των, αὐτῶν δὲ τῶν Ἀθη-
ναίων καλούντων ἐκ τῆς
ἠπείρο[υ] κήρυκας καὶ γενο-
μένω[ν] ἐπερωτήσεων ·ἢ̄· δὶς
ἢ τρίς, [ὁ τ]ελευταῖος διαπλεύ-
σας αὐ[τοῖ]ς ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς ἠ-
πείρο[υ Λ]ακεδαιμονίων ἀ-
νὴρ ἀπ[ή]γγει^{λ}λε^{ν} ὅτι „Λακεδαι-
μόνιοι κελεύουσι^{ν} ὑμᾶς αὐτοὺς
·/. περὶ ὑμῶν αὐτῶν βουλεύε-
σθαι μηδὲν αἰσχρὸν ποιοῦν-
τας“. οἱ δὲ καθ’ ἑαυτοὺς βου-
λευσάμενοι τὰ ὅπλα παρέδο-
4 σαν καὶ σ[φ]ᾶς αὐτούς. καὶ ταύ-
την μὲν ^{καὶ} τὴν ἐπιοῦσαν νύ-
κτα ἐν φυλακῆι εἶχεν αὐτοὺς
≡ οἱ Ἀθηναῖοι· τῆι δ’ ὑστε-
ραίαι οἱ μὲν Ἀθηναῖοι τροπαῖ-
ον στή[σα]ντες ἐν τῆι νήσωι
τἆλλα διεσκευάζοντο ὡς
ἐς πλοῦν καὶ τοὺς ἄνδρας τοῖς
τριηράρχοις διέδοσαν ἐς
φυλακήν, οἱ δὲ Λακεδαιμό-
νιοι κήρυκα πέμψαντες〉
τοὺς νεκροὺς διεκομίσα[ντο].
5 ἀπέθανον δ’ ἐν τῆι νήσωι
καὶ ζῶντες ἐλήφθησαν το-
σοίδε· εἴκοσι μὲν ὁπλεῖται
διέβησαν καὶ τετρακόσιοι^{οἱ} πάν-
τες· τούτων ζῶντες ἐκομί-
σθησαν ὀκτὼ ἀπο[δ]έοντες
τριακόσιοι, οἱ δὲ ἄλλοι ἀπέθα-

ν[ον. καὶ Σπα]ρτιᾶται τούτων
ἦ[σαν τῶν] ζώντων περὶ
ε[ἴκοσι καὶ ἑκ]ατόν. Ἀθηναίων
[δὲ οὐ πολλοὶ δ]ιεφθάρησαν· ἡ

Col. X.

[ↄ ἐπολιορκήθησαν ἀπὸ τῆς ναυμαχίας]
μέχρι τῆς [ἐν τῆι νήσωι]

δαία
39, 1 ·/. γὰρ μάχη οὐ στα·δία·ἦν. χρό-
π
·/. νος δὲ ὁ ξύμ[[β]]ας ἐγένετο ὅσον
ἄνω
ↄ οἱ ἄνδρες ἐν τῆι νήσωι μάχης
ἑβδομήκοντα ἡμέραι καὶ δύο.
2 τούτων περὶ εἴκοσι ἡμέρας, ἐν
αἷς οἱ πρέσβεις περὶ τῶν σπον-
δῶν ἀπήι·ε̄·σαν, ἐσιτοδοτοῦν-
το, τὰς δ[ὲ] ἄλλας τοῖς ἐσπλέ-
ουσι λάθραι διετρέφοντο· καὶ
ἦν σῖτός τις ἐν τῆι νήσωι
λή
καὶ ἄλλα βρώματα ἐνκατε·λεί·
φθη. ὁ γὰρ ἄρχων Ἐπιτά-
δης ἐνδεεστέρως ἑκάστωι
παρεῖχε[ν] ἢ πρὸς τὴν ἐξου-
3 σίαν. οἱ μὲν δὴ Ἀθηναῖοι
καὶ ·οἱ· Πελοποννήσιοι ἀνε-
χώρησαν τῶι στρατῶι ἐκ τῆς
Πύλου ἑκάτεροι ἐπ' οἴκου, καὶ
τοῦ Κλέωνος καίπερ μανιώ-
[δ]ης οὖσα ἡ ὑπόσχεσις ἀπέ-
βη. ἐντὸς γὰρ εἴκοσι ἡμερῶν
ἤγαγε τοὺς ἄνδρας, ὥσπερ
40, 1 ὑπέστη. παρὰ γνώμην
τε δὴ μάλιστα τῶν κατὰ
τὸν πόλεμον τοῦτο τοῖς Ἕλ-
[λησι][ν] ἐγένετ[ο]· τοὺς γὰρ Λακε-
[δαιμονίους οὔτε λι]μῶι οὔ[τ']

desunt decem versus

40, 2 [εἰ οἱ τεθνεῶ-]
τε[ς] αὐτῶν [καλοὶ κἀγαθοὶ]
[ἦσ]αν, ἀπε[κρίνατο αὐτῶι]
πολλοῦ ἂν [ἄξιον εἶναι τὸν]
ἄτρακτον, λέ[γων τὸν οἰστόν,]
εἰ τοὺς ἀγαθοὺ[ς διεγίγνωσκε,]
δήλωσιν [ποιούμενος ὅτι δ]
ἐν[τ]υγ[χάνων τοῖς τε λίθοις]
καὶ τ[οξεύμασι διεφθείρετο.]
41, 1 κο[μισθέντων δὲ τῶν ἀν-]
δρ[ῶν οἱ Ἀθηναῖοι ἐβούλευσαν]
δε[σμοῖς μὲν αὐτοὺς φυλάσσειν]

Ad textum fragmenti recensendum haec verba facienda sunt. (Col. II v. 5). Lectioni ἀπροσδοκήτως, quam etiam omnes 29, 3
codices mediaevales habent, in papyro variam lectionem ἀπροσδοκήτοις superscriptam videmus. Praeter hunc locum tantum in libri VII c. 21, 4 (τολμῆσαι ἀπροσδοκήτως πρὸς τὸ ναυτικὸν ἀντιστῆσαι) adverbium apud Thucydidem certe occurrit (omnibus in codicibus haec lectio invenitur), cum permultis aliis locis adiectivum legamus et constructionem personalem apud Thucydidem usitatiorem esse appareat. Haud dubie enim haec constructio antiquior est; postea demum inusitata interiit et altera in codices invasit. Qua de causa omnibus locis, ubi vestigia huius constructionis antiquioris et sermoni Thucydideo magis respondentis in codicibus inveniuntur, eam praeferam neque vereor etiam hoc loco papyri variam lectionem ἀπροσδοκήτοις contra omnes codices medii aevi accipere. Num in papyro etiam pronomini αὐτούς varia lectio αὐτοῖς superscripta sit, quae exspectatur, si constructionem personalem praeferimus, non constat, cum hoc loco lacuna hiscat. (Col. II v. 6). Fragmentum consensisse in lectione εἶναι ἄν cum optimis codicibus CGEMf$_2$ satis certe constat atque apparet hanc collocationem verborum omnino praeferendam esse lectioni codicum AB, ubi legimus ἂν εἶναι.

32, 1 (Col. IV v. 10, 11). In papyro primum particula ἔτι post ἀναλαυβάνοντας scripta erat, sed manus secunda particulam punctis inclusit notaque librata significavit et in margine post εὐναῖς nomen ἔτι inseruit, quo loco etiam in ceteris codicibus legitur et quae collocatio verborum haud dubie praeferenda est. Valde dolendum est, quod initia versuum sequentium in fragmento deleta sunt; nam textus a codicibus traditus difficultates aliquas praebet, quas alii viri docti aliter solvere conati sunt. Sed causas non esse putem, ut recte Wilamowitzius exposuit, cur lectiones ἔτι ἀναλαμβάνοντας τὰ ὅπλα et καὶ λαθόντες τὴν ἀπόβασιν mutemus. Neque enim καί insertum ante ἀναλαμβάνοντας quod proposuit Abreschius (accepit Hudeus κἀναλαμβάνοντας), qua lectione verba ἐν ταῖς εὐναῖς et ἀναλαμβάνοντας τὰ ὅπλα sibi responderent, ad sensum quadrare cum Wilamowitzio consentio neque puto verba λαθόντες τὴν ἀπόβασιν, quo loco Hudeus ἐς τὴν ἀπόβασιν coniecit, mutatione egere. Nam Thucydidem, qui dixit λαθόντες τὸ πλεῖστον τοῦ πλοῦ (l. VIII c. 17) etiam hac constructione dura λαθόντες τὴν ἀπόβασιν uti potuisse in aperto est. Una autem difficultas in textu tradito remanet, ubi verba ἐν ταῖς εὐναῖς et λαθόντες copulis τε - καί coniuncta sunt, quod ab usu abhorret attributis praedicativis tam incongruenter descriptis et suo iure Wilamowitzium censuisse puto copulam τε ante ταῖς εὐναῖς insertam ab aliquo, qui verba καὶ λαθόντες τὴν ἀπόβασιν non intellexit, delendam esse et textum sic restituendum esse: διαφθείρουσιν ἐν ταῖς εὐναῖς, ἀναλαμβάνοντας ἔτι τὰ ὅπλα καὶ λαθόντες τὴν ἀπόβασιν. Atque haec verba etiam papyrus praebuisse videtur; nam litterae, quae inter servatas suppleo, spatium lacunarum bene explent. Verba τὰς ναῦς (v. 13) in papyro primum omissa a manu secunda super versum inserta videmus. Atque haud facile his caremus, praesertim cum in ceteris codicibus inveniantur. In fine eiusdem versus praebet fragmentum κατὰ τὸ εἰωθός, ubi codices mediaevales habent κατὰ τὸ ἔθος atque lectionem papyri omnino praeferendam esse cum Wilamowitzio consentio; nam κατὰ τὸ ἔθος, quod est „e more et instituto" minime hoc loco convenit, cum exspectetur „ut soliti sunt", quod

est κατὰ τὸ εἰωθός. Haec lectio papyri etiam compluribus aliis locis apud Thucydidem (l. IV c. 17, 2; c. 55, 2; c. 67, 4; l. VII c. 60, 5; c. 75, 5), ubi semper legimus κατά vel παρὰ τὸ εἰωθός, confirmatur. (Col. IV v. 14). E numero litterarum, quae supplendae sunt, concludi potest in papyro articulum τῆς ante νυκτός omissum esse, de qua re cum editoribus consentio; nam lacuna non sufficit omnibus litteris textus traditi. Sed tamen sine dubio lectio τῆς νυκτός codicum mediaevalium praeferenda est. (Col. IV v. 16). Papyri scriptura ἀπέβαινεν nunc magis quam antea lectio vulgata confirmatur ἀπέβαινον, quam iam omnes Thucydidis editores praetulerunt, cum omnes boni codices praebeant ἐπέβαινον compositum hoc loco minime ad sensum quadrans. Sed cum subiectum enuntiati sit ὁ ἄλλος στρατός, quod minime pluralem numerum praedicati postulat, singularem lectionis papyri praeferam et contra Britannicos formam ἀπέβαινεν accipiam.

(Col. V v. 22 ss.). Papyri quoque lectiones a textu tradito 32, 4
differre non videntur, cum spatium lacunarum satis bene litteris traditis suppleatur. Difficultatem, quam hic locus praebet, viri docti coniecturis tollere conati sunt, quae neque papyro adiuvantur neque probandae mihi videntur (Cobetius coniecit ψιλοὶ καὶ οἷοι, Madvigius οἱ ψιλοὶ καί, Classenius καί ante οἱ ἀπορώτατοι delere voluit, Wilamowitzius verba οἱ πολέμιοι et ψιλοί glossemata putat et expungit). Cum Hudeo consentio verba tradita nunc etiam papyri auctoritate confirmata iusta suspicione carere, si recte coniunguntur: οἱ πολέμιοι est subiectum verbi χωρήσειαν et distingendum est non ante οἱ πολέμιοι, quod Henricus Iones praetulit, sed post, atque verba οἱ ἀπορώτατοι (scil. προσφέρεσθαι) vocabulo ψιλοί ita apposita sunt, ut particula καί superlativum urgueat et sic interpretor hunc locum secutus Hudeum: (cf. eius commentarios criticos ad Thucydidem pertinentes p. 126) „milites levis armaturae eique infestissimi, quippe qui e. c.“ (Col. V v. 28). Pro ἐκράτουν omnium codicum Hudeus coniecit ἐκρατοῦντο, quae mutatio minime probanda videtur, cum etiam papyrum lectionem codicum praebuisse veri simile sit; nam spatium lacunae ἐκρατοῦντο formae non sufficit et Classe-

nius ἐκράτουν recte interpretatus est: superiores erant, quod hoc
verbum haud dubie significare potest.
33, 2 (Col. VI v. 30). Verba χωρίων τε primum in papyro omissa
super versum inserta videmus sed falso loco (quod facile neg-
legentia manus inserentis fieri potuit), cum in codicibus ce-
teris legamus χωρίων τε χαλεπότητι, quae collocatio verborum
haud dubie praeferenda est. (Col. VI v. 32). Papyrus sola hoc loco
praebet scripturam rectam ἐδύνατο pro ἠδύνατο codicum me-
34, 1 diaevalium. (Col. VI v. 38). Pro forma ἐπεκϑεῖν omnium co-
dicum medii aevi legimus in papyro ἐπέχειν. Sed scripturam
illam rectam esse satis apparet, atque optimo iure editores cen-
sent hanc lectionem ortam esse librarii incuria e forma genuina
ἐπεχϑεῖν exemplaris descripti. (v. 41 ibid.). Pro infinitivo aoristi
ἀμύνασϑαι, quem ceteri codices praebent, in papyro ἀμύνεσϑαι
invenimus, quam lectionem optimo iure iam Classenius praetulit,
cum vis infinitivi praesentis hoc loco multo melius ad sensum
conveniat. Annotandum est etiam in papyro a manu secunda
lectioni principali superscriptam esse litteram α; sed hoc loco
notam libratam, qua semper lectio varia significari solet, non
infra litteram α sed super invenimus. (v. 42, 43). E litteris
servatis paene certe cognoscitur etiam papyrum lectionem ce-
terorum codicum praebuisse (tantum ϑαρρεῖν in papyro falsa
orthographia scriptum videmus pro ϑαρσεῖν), qua re appa-
ret iam illis temporibus lectionem haud dubie falsam τὸ πλεῖ-
στον exstitisse; nam minime tenenda mihi videtur haec lec-
tio et probo coniecturam Dobreei τὸ πιστόν, e qua scrip-
tura facile vitio itacistico et per imprudentiam librarii τὸ πλεῖ-
στον fieri potuisse apparet. Super versum antecedentem pa-
pyri variam lectionem τῷ ϑαρρεῖν invenimus pro τοῦ ϑαρρεῖν
et fortasse hac lectione librarius verbum obscurum τὸ πλεῖστον
explanare voluit τῷ ϑαρρεῖν τὸ πλεῖστον εἰληφότες „animo ca-
put rei nacti“; sed sine dubio haec lectio reicienda est. (v. 45).
Initio versus super ξυνειϑισμένοι litteram ι haud dubie primum
ex itacismi vitio insertam librarius ipse expunxit.
35, 1 (Col. VII v. 60). Verbum ἀεί ante ἐν τῷ αὐτῷ primum omis-
sum super versum insertum videmus et vix hoc careamus, prae-

sertim cum in ceteris codicibus legatur (rectam formam *αἰεί* unus cod. E praebet). (v. 61). Papyrus sola habet scripturam *συγκλήσαντες* falsa orthographia scriptam pro recta *ξυγκλήσαντες* omnium codicum. (v. 62). In papyro legimus *ἀνεχώρησαν* (primam syllabam a manu prima insertam esse editores opinantur), cum codices mediaevales praebeant verbum simplex *ἐχώρησαν*, atque cum huic loco compositum verbum „recedebant" multo melius convenire in aperto sit, non vereor papyri lectionem in textum recipere. (v. 63). Fragmentum praebet lectionem *οὐ πολὺ ἀπέχον* pro *ὃ οὐ πολὺ ἀπεῖχε* codicum mediaevalium et quamquam dici non potest lectionem illam per se meliorem esse, tamen cum Blassio consentiam papyri scripturam praeferendam esse, cum lectio *ὃ οὐ πολὺ ἀπεῖχε* facile ex interpretamento participii *ἀπέχον* in textum invadere potuerit.

(v. 65). Papyrus praebet *ἐνταῦθα δή*, ubi codices habent *ἐνταῦθα* 35, 2
ἤδη, et cum Blassio papyri lectionem praeferam, praesertim cum *ἐνταῦθα δή* persaepe apud Thucydidem legatur (l. I c. 91, 4; l. V c. 64, 2.) (v. 66). Scripturam papyri *πλέονι* pro *πλείονι*, quae fuit lectio principalis, cum ceteris codicibus consentientem rectam esse constat. (v. 67). Ut in vers. 42 *θαρρεῖν* ita hic habet fragmentum *τεθαρρηκότες* consentiens cum cod. ABFG pro recta forma *τεθαρσηκότες*. (v. 71 ibid.). Pro participio aoristi *διαφυγόντες* textus traditi papyrus praebet participium praesentis *διαφεύγοντες*, quod minime probandum esse iam praepositionem *διά* nos docere recte Wilamowitzius dicit; nam ad sensum haud dubie nequaquam convenit: „effugientes consistebant" sed „postquam effugerunt". Item eodem in versu praepositionem *πρός*, quem papyrum praebere satis certe editores cognoverunt, reiciendum esse in aperto est, cum Lacedaemonii non effugerant „munimentum versus", quod esset *πρὸς τὸ ἔρυμα*, sed „in munimentum"; ergo *ἐς τὸ*
ἔρυμα recte ceteri codices praebent. (v. 76). Initio versus spa- 3
tium non sufficit codicum lectioni *καὶ οἱ Ἀθηναῖοι* et editores recte suspicantur in papyro particulam *καί* omissam esse. Fortasse in papyro scriptum erat *οἱ δ' Ἀθηναῖοι*; sed praeferam lectionem codicum mediaevalium.

(Col. VIII v. 87). Fragmentum praebet participium *προσ-* 36, 2

βαίνων, quam formam etiam ceteri codices habent praeter codicem B, in quo legimus προβαίνων, quam scripturam Hudens, Herwerdenius, alii praetulerunt. Sed minime probanda mihi videtur atque cum Leeuwenio consentio lectionem codicum plurimorum nunc etiam papyro adiutam omnino praeferendam esse. Optimo iure Leeuwenius annotavit: „Quod autem ad sententiam attinet, minime praeferendum mihi videtur προ. Non enim id opinor difficile fuit hominibus in montana regione natis et enutritis per loca praerupta et salebrosa προβαίνειν (procedere) sed hostes dum propius accedunt (προσβαίνουσι) latere, ita ut necopinantes circumvenire eos possent."

(v. 89 ibid.). Legimus in papyro χωρίου · τι · ἰσχύι, cum ceteri codices voculam τι omittant. Leeuwenius lectionem papyri defendere vult; sed cum Steupio, Blassio, aliis consentio, qui scripturam codicum mediaevalium a librario ipso allatam in papyro probant, cum non solum ex hac correctione sed etiam e sententia enuntiati intellegi putem huic loco pronomen indefinitum τι nequaquam convenire. (v. 90). Pro participio πιστεύσαντες codicum medii aevi papyrus habet participium praesentis πιστεύοντες neque dubito consentiens cum editoribus papyri hanc lectionem contra ceteros codices praeferre. Nam vis participii praesentis huic loco multo melius convenit quam aoristi, cum Thucydides certe dicere voluerit: „Lacedaemonii, qui firmitati loci confidebant, non custodiebant" — nam sic interpretandum est participium praesentis — et non: „Lacedaemonii, postquam confisi sunt firmitati loci", quod esset πιστεύσαντες. (v. 90, 91). Papyrus praebet ἐφύλα · $\overset{\sigma\sigma}{\tau\tau}$ · ον et paulo infra μό · $\overset{\gamma}{\lambda}$ · ις, et dialectus Thucydidea nos docet formam superscriptam ἐφύλασσον cum σσ pro ττ rectam esse. Item constat Thucydidem forma μόλις usum esse, quam omnino veteres Attici praetulerunt (cf. Stahlii quaestiones grammat. ad Thucyd. pertinentes p. 49 et 50). (v. 96 ibid.). Scripturam papyri ἰδόντες sine dubio e mendo librarii ortam iam manus secunda correxit in ἰδόντας.

36, 3 (v. 102). In papyro stetisse μεγάλῳ εἰκάσαι aut μεγάλωι ἰκάσαι Britannici annotant. Sed non putem hoc loco litteram ι

mutam, quae in volumine semper adscripta esse videtur, omissam esse et legendum esse μεγάλωι ἰκάσαι, quae forma ἰκάσαι pro recta εἰκάσαι itacismo tribuenda est. (v. 112). Verbis ἐκράτουν ἤδη superscriptae sunt litterae β et α, quibus significatur verborum collocationem mutari posse, quod autem minime probandum esse apparet.

(v. 114). In papyro ante εἰ deest ὅτι, quam lectionem in- 37, 1
concinnam ὅτι εἰ omnes codices mediaevales habent. Illud ὅτι iam Herwerdenus delevit et Leeuwenio aliisque assentior Herwerdenii coniecturam nunc etiam papyro adiutam rectam esse; praetulerunt eam iam Hudeus et Henricus Iones, cum Steupius (p. 314) lectionem ὅτι εἰ frustra defendere velit. At probo ea, quae dicit Leeuwenius (p. 116): „Sed tamen nescio quas μυρμήκων ἀτραπούς multi interpretes inierunt, ut sinceram esse evincerent duas enim verborum structuras ab ipso scriptore nunc esse permixtas.“ (v. 115). Verbo ἐνδώσουσι in papyro superscripta est littera α, cui respondere litteram β in lacuna initii versus super μᾶλλον Britannici recte suspicantur, sed haec collocatio verborum minime praeferenda est.

(v. 123 ibid.). Etiam papyrus praebet verba τὰ ὅπλα παραδοῦναι ut omnes codices mediaevales, quae delere voluit Kruegerus plaudente Hudeo quibus ego astipulor. Nam quamquam nunc lectio codicum papyri auctoritate confirmatur, tamen statuere non possumus illa verba genuina esse; sed haud dubie a vetere interpolatore e sequentibus praerepta sunt. Leeuwenio autem minime assentior, qui putat papyrum ipsam causam erroris indicare — in papyro enim hoc in versu verba eundem fere locum obtinent, quem etiam habent eadem verba paulo infra in versu 126, et ita hoc in volumine per imprudentiam librarii ex illo loco in textum irrepsisse possunt —. Quod tum tantum verum esset, si haec papyrus esset archetypus codicum nostrorum; sed hoc numquam asseverari potest. (v. 124). Falsae scripturae ἡττηθεῖεν a librario ipso rectam ἡσσηθεῖεν superscriptam videmus.

(v. 126). Papyrus sola habet indicativum βούλονται pro op- 2
tativo βούλοιντο ceterorum codicum atque cum Leeuwenio con-

sentio optimam esse papyri lectionem multo melius ad sensum quadrantem; etiam Hudeus hanc formam optimo iure in textum recepit.

38, 1 (v. 130). Ut in omnibus codicibus mediaevalibus sic in papyro legimus formam *παρῆκαν*, pro qua Hudeus recte scripsit *παρεῖσαν*, quam formam Thucydidem praetulisse satis certe constat (cf. Stahlii quaestiones gramm. p. 64). (v. 134). Papyri varia lectione super versum inserta *ἀνοκωχῆς* pro *ἀνακωχῆς* ceterorum codicum confirmantur ea, quae viri docti iam cognoverant. Nam formam *ἀνακωχῆς* vitio est nata, ut recte Leeuwenius exposuit et optimo iure alteram scripturam in textum receperunt Hudeus et Henricus Iones.

(Col. IX v. 137 ibid.). Quin papyri varia lectio superscripta *πρότερον* (consentiens cum omnibus codicibus) omnino praeferenda sit alteri formae *προτέρων*, dubium non est. (v. 140). Scripturae *ἐφηρημένου*, quam etiam codices ceteri praebent, in papyro superscriptam videmus *ἐφευρημένου* (correctam e *ἐφειρημένου*, quod certe cognoscere voluit Blassius); sed hanc variam lectionem probandam non esse elucet. Verbum *ἐφευρίσκειν* per se non abiciendum esset, sed desideraremus participium aoristi *ἐφευρεθέντος* pro *ἐφευρημένου*. (v. 142). Hoc in versu iterum lectiones varias in papyro superscriptas *τεθνεῶτος* pro *τεθνηῶτος* et *ἐφηρημένος* pro *ἐφειρημένος* praeferendas esse apparet (quas lectiones rectas etiam ceteri codices habent. (v. 143). Pro *νόμιμον* scriptura papyri iam librarius ipse rectam lectionem omnium codicum *νόμον* restituit.

2 (v. 145). Pro imperfecto *ἔλεγε* ceterorum codicum papyrus praebet aoristum *ἔλεξεν* (*ν ἐφελκυστικόν* a manu secunda appositum est), quam formam Hudeus praefert. At inest aliqua vis in imperfecto, non semel hoc dixit Stypho, sed compluries et propterea cum Henrico Iones lectionem ceterorum codicum teneo.

3 (v.150). Papyrus consentit in scriptura *ἀφέντων* cum omnibus codicibus et hanc formam auctoritate eius confirmari puto, neque iustam causam video, cur hoc participium aoristi corrigamus in *ἀφιέντων* quod voluit Cobetus respondentis participii *καλούντων*

causa, quem secutus est Hudeus. Consentio cum Henrico Iones, qui praefert *ἀφέντων* nunc magis quam antea confirmatum. Nam optimo iure *ἀφέντων* antecedere videtur sequenti *καλούντων*, cum duae res non intra idem temporis spatium peractae sint, et sic hunc locum interpretor: Cum Athenienses nullum illorum transmisissent, sed ipsi caduceatores e continente advocarent et cet. Verba, quae participium *ἀφέντων* sequuntur, omnia ut in codicibus antehac cognitis sic in papyro leguntur et verba *τῶν Ἀθηναίων*, quae Kruegero et Herwerdenio glossema esse videntur, minime nnnc delenda esse cum Leeuwenio consentio. Tamen non intacta verba servata esse mihi videntur, sed, quod etiam Leeuwenius mavult, aliter ordinanda sunt, cum tradita collocatio verborum vix defendi possit et ita Leeuwenium secutus scribam: *καὶ ἐκείνων οὐδένα ἀφέντων τῶν Ἀθηναίων, αὐτῶν δὲ καλούντων ἐκ τῆς ἠπείρου κήρυκας*. E papyro autem discimus iam primo saeculo hanc falsam collocationem in textum irrepsisse.

(v. 154 ibid.). Ante *δίς* papyri editores litteram *η* (sed non certe) punctis inclusam et nota librata significatam legerunt et variam lectionem *ἢ δὶς ἢ τρίς* in papyro stetisse censent, cum Blassius suspicatus sit textum papyri fortasse variam lectionem *καὶ δίς* praebuisse. Sed recte Steupius (p. 311) exposuit vocem *καί* ante *δίς* supervacaneam esse; equidem scripturam *δὶς ἢ τρίς* codicum et correctoris papyri Hudeum secutus probo. (v. 158). Pro aoristo *ἀπήγγειλεν*, quam formam codices praebent, fortasse a manu secunda in papyro altera lectio *ἀπήγγελλεν* addita est; sed hoc loco imperfecto *ἀπήγγελλεν* aoristus *ἀπήγγειλεν* praeferendus est, cum Lacedaemonius semel referat. In fine eiusdem versus ante vocem *Λακεδαιμόνιοι* in papyro articulus *οἱ* omittitur, quem ceteri codices habent et suo iure Blassius, quem secutus est Hudeus et alii, lectionem papyri probat; nam ex inscriptionibus nota res est, ut Leeuwenius recte annotat, nominibus gentium, quae in foederibus aliisve decretis commemorantur, articulum praemitti non solere (cf. Meisterhans p. 185).

(v. 165). In papyro post *ταύτην μὲν τήν* verba *ἡμέραν καὶ τήν* 38, 4
omissa sunt quae codices habent, et super versum a manu secunda inter *μέν* et *τήν* tantum copulam *καί* additam videmus, quod for-

tasse levitati librarii tribuendum est. Nam lectionem codicum rectam esse et impune hanc scripturam papyri neglegi posse apparet. Rectissime Huntius annotat oculos librarii ab altero *τήν* ad alterum aberrasse. (v. 172). Pro imperfecto *διεδίδοσαν* codicum papyrus habet aoristum *διέδοσαν*, quam formam cum Hudeo praefero. Nam recte Leeuwenius (p. 119) exposuit aoristum hoc loco multo aptiorem esse, quod haec quoque res intra certum temporis spa-
38, 5 tium peracta est. (v. 179). Super versum (fortasse a manu secunda) additus est ante vocem *πάντες* articulus *οἱ*, quem etiam codices praebent et sensus postulat.

(Col. X v. 187). In papyro formae *σταδία*, quam etiam codices habent, variam lectionem *σταδαία* a librario ipso superscriptam videmus et optimo iure Henricus Iones Blassium secutus hanc scripturam in editione sua praetulit. Nam *σταδίη* est forma Homerica, ut recte exposuit Steupius, pro qua formam Atticam *σταδαία* esse constat (cf. Aeschyl. Pers. vers. 240 *ἔγχη σταδαῖα*; et plurimis locis in codicibus formae *σταδιαία* et *σταδιαίαν* inveniuntur haud
39, 1 dubie falsae sed e recta scriptura *σταδαία* natae). (v. 189). Post vocem *ἄνδρες* in papyro articulus non iteratur, qui etiam in codice M omittitur, cum ceteri codices articulum praebeant. Contra Steupium, qui lectionem codicum plurimorum defendere voluit (p. 313), scripturam papyri et codicis M, quae multo melius ad sensum quadrat, cum illi viri non incolae insulae fuerint, praefero secutus Blassium, Leeuwenium, Hudeum. Eodem in versu post vocem *νήσῳ* verba *ἐπολιορκήθησαν* usque *ἐν τῇ νήσῳ* omittuntur in papyro et causam huius erroris manifesti fuisse verba *ἐν τῇ νήσῳ* paucis interiectis repetita recte Huntius annotavit. A manu secunda verba omissa in margine superiore addita erant, sed iam tantum verba *μέχρι τῆς* supersunt, neque prorsus constat eadem verba, quae in codicibus leguntur etiam in papyro fuisse. Sed haec iusta suspicione carere Leeuwenio concedo.

2 (v. 191). In scriptura *εἴκοσι* sine littera *ν* paragogica consentit papyrus cum codicibus ACEFM, cum ceteri habeant *εἴκοσιν*. Sed lectionem papyri praeferendam esse et memoria plurimorum codicum et usus inscriptionum nos docet (cf. Meisterhans p. 161). (v. 193). Papyrus praebet *ἀπήι · ε̄ · σαν*, quam formam etiam co-

dices ABEF habent, cum in codicibus CGM legamus ἀπήεσαν. Quamquam papyro codicum scripturam adiutam videmus (qua re demonstratur corruptelam perantiquam esse) tamen Hudeo astipulor, qui coniecturam Cobeti ἀπῆσαν in textum recepit. Nam hanc formam a sensu postulari elucet. (v. 196). Omnes codices mediaevales omittunt post vocem σῖτος pronomen τις, quod praebet papyrus. Sed evidenter lectione papyri sententia constituitur, nam cum Leeuwenio puto in textu vulgato, ubi deest τις, orationem nimis exilem et fere mancam exsistere. Facile autem est intellectu, ut recte Britannici annotant, in codicibus post σῖτος pronomen τις emissum esse errore librarii. Papyri lectione recepta pronomen relativum ἅ post βρώματα quod Kruegerus coniecit, supervacaneum est. (v. 197). In fine versus papyrus habet ἐνκατε · $\overset{\lambda\eta}{\lambda\varepsilon\iota}$ · φθη et consentit in primae manus scriptura cum codicibus AB. Sed elucet variam lectionem ἐγκατελήφθη cum ceteris codicibus consentientem (praeter codicem F, ubi legimus ἐγκατελήφθηι) praeferendam esse. (v. 199). Pro scriptura Ἐπιτάδας codicum papyrus praebet formam Atticam Ἐπιτάδης, quam Blassius probavit. Sed cum Steupio censeo causas non esse, cur formam Doricam Ἐπιτάδας tollamus, quae etiam ceteris locis, ubi hoc nomen invenitur (l. IV c. 8, 9; c. 31, 2; c. 33, 1) omnibus in codicibus legitur. Optimo igitur iure Hudeus et Henricus Iones lectionem Ἐπιτάδας praetulerunt.

(v. 202). Papyrus praebet scripturam καὶ · οἱ · Πελοπον- 39, 3
νήσιοι et Blassius censuit articulum omitti posse. Quamquam apud Thucydidem, si nomina propria copula coniunguntur, plerumque articulus tantum nomini primo apponitur, tamen etiam loci inveniuntur, ubi binis nominibus praemittitur, et recte Steupium exposuisse puto (p. 312) hoc loco articulum minime esse supervacaneum. Lectionem ergo principalem papyri, quam etiam ceteri codices habent, Hudeum secutus praefero. Inde a versu 213 decem versus perierunt toti, sequentium exstant initia solum; tamen e litteris servatis cognosci potest fragmentum eadem praebuisse, quae habet textus vulgatus. Tantum unus locus a

40, 2 tradito textu differt. (v. 215). Ante vocem ἀπεκρίνατο litteras εν aut verisimilius αν stetisse Huntius annotat et legendum esse ἦσαν satis certum videtur; at hoc verbum ceteri codices omittunt. Leeuwenius censet ἦσαν quam maxime necessarium esse et lectionem papyri omnino praeferendam putat lectioni ceterorum codicum. Sed apud Thucydidem saepius imperfectum ἦσαν supplendum esse constat, ut recte exposuit Steupius (p. 311), non est autem causa, cur omnino lectiones papyri praeferamus, quam minime scripturis falsis carere vidimus. Bene igitur Hudeus lectionem vulgatam retinuit.

Restat nunc, ut eas lectiones fragmenti, quae notatu dignae videntur, colligamus. Primum lectiones papyri enumerem, quas accipiendas puto et quae solo in fragmento leguntur: c. 29, 3 ἀπροσδοκήτοις (varia lectio papyri) pro ἀπροσδοκήτως, c. 32, 2 ἀπέβαινεν pro ἀπέβαινον (textus vulgati) et ἐπέβαινον (cod. optimorum), c. 33, 2 ἐδύνατο pro ἠδύνατο, ibidem ἀμύνεσθαι (lectio principalis papyri) pro ἀμύνασθαι, c. 35, 1 ἀνεχώρησαν pro ἐχώρησαν, ibidem οὐ πολὺ ἀπέχον pro ὃ οὐ πολὺ ἀπεῖχε, c. 35, 2 ἐνταῦθα δή pro ἐνταῦθα ἤδη, c. 36, 2 πιστεύοντες pro πιστεύσαντες, c. 37, 1 Δημοσθένης εἰ (omittitur ὅτι, quod in textu vulgato legitur), c. 37, 2 βούλονται pro βούλοιντο, c. 38, 1 ἀνοκωχῆς (varia lectio papyri) pro ἀνακωχῆς, c. 38, 3 omittitur articulus ante Λακεδαιμόνιοι vocem, c. 38, 4 διέδοσαν pro διεδίδοσαν, c. 38, 5 σταδαία (papyri varia lectio) pro σταδία, c. 39, 2 σῖτός τις ἐν pro σῖτος ἐν.

Lectiones papyri haud dubie falsae, quae ceteris in codicibus non leguntur, et quibus varia lectio recta non est adscripta, sunt hae: c. 33, 2 verba χωρίων τε falso loco inserta sunt, c. 34, 1 ἐπέχειν pro ἐπεκθεῖν, c. 35, 1 συγκλήσαντες pro ξυγκλήσαντες, c. 38, 2 ἔλεξεν pro ἔλεγεν, c. 39, 2 Ἐπιτάδης pro Ἐπιτάδας, c. 40, 2 κἀγαθοὶ ἦσαν, ἀπεκρίνατο pro κἀγαθοί, ἀπεκρίνατο.

His locis textus papyri variis lectionibus corrigitur: c. 32, 1 ἀναλαμβάνοντας ἔτι (ἔτι ἀναλαμβάνοντας), c. 35, 2 πλείονι (πλέονι), c. 36, 2 χωρίου τι ἰσχύι (χωρίου ἰσχύι) ibidem ἐφύλαττον (ἐφύλασσον), c. 37, 1 ἡττηθεῖεν (ἡσσηθεῖεν), c. 38, 1 προτέρων (πρότερον), c. 38, 1 τεθνηῶτος et ἐφειρημένος (τεθνεῶτος et

ἐφηυρημένος\`, ibidem νόμιμον (νόμον), c. 38, 3 ἢ (vel καὶ) δὶς ἢ τρίς (δὶς ἢ τρίς), c. 38, 4 verba ἡμέραν καὶ τήν omissa. Loci, in quibus lectiones principales sunt rectae et variae spernendae, inveniuntur tantum hi: c. 34, 1 τῷ θαρρεῖν (τοῦ θαρσεῖν), c. 36, 2 μόγις (μόλις), c. 38, 1 ἐφευρημένου (ἐφηυρημένου), c. 38, 3 ἀπήγγελλεν (ἀπήγγειλεν), c. 39, 3 καὶ Πελοποννήσιοι (καὶ οἱ Π.). Qua e re evidenter elucet multo saepius variam lectionem a librario appositam textum meliorem praebere.

Nonnullis autem locis papyrus habet lectiones aperte falsas, quae etiam in codicibus medii aevi leguntur. Omissis minutiis orthographicis affero hos locos: c. 34, 1 τὸ πλεῖστον pro τὸ πιστόν, c. 37, 1 post γνώμη etiam in papyro verba τὰ ὅπλα παραδοῦναι falso leguntur, c. 38, 1 παρῆκαν pro παρεῖσαν, c. 38, 3 αὐτῶν δὲ τῶν Ἀθηναίων pro τῶν Ἀθηναίων, αὐτῶν δέ, c. 39, 2 ἀπήεσαν (varia lectio ἀπῆσαν) pro ἀπῆσαν (consentit papyri lectio principalis cum cod. ABEF). Atque videmus volumen neutri familiae codicum addici posse; sed e quinque lectionibus falsis, quae ei cum codicibus communes sunt, iterum discimus iam antiquis temporibus haud paucos errores in textum Thucydideum irrepsisse.

X.

Pauca verba capitis 87 eiusdem libri nobis servata sunt in parvo fragmento Oxyrhynchico voluminis papyracei, quod nunc mihi tractandum est (edit. in The Oxyrh. Pap. vol. III p. 104 nr. 452). Editores Britannici volumen exaratum esse exeunti secundo vel tertio saeculo concludunt e litterarum ductibus, quae sunt unciales quadratae magnitudine media. Atque haec verba editores in fragmento legerunt:

c. 87, 5 [οὐδ' αὖ ἀρχῆς ἐφι-]
[έμεθα], παῦσα[ι δὲ μᾶλλον ἑ-]
[τέρο]υς σπεύ[δοντες τοὺς]
[πλ]είστους ἄ[ν ἀδικοῖμεν,]
[εἰ] ξύμπ[ασιν αὐτονομί-]
[αν] ἐπιφέ[ροντες ὑμᾶς]

[το]ὺς ἐναν[τιουμένους]
87, 6 [πε]ριΐδοιμ[εν. προς ταῦτα]
[βο]υλεύεσθαι [εὖ, καὶ ἀγωνί-]
[σ]ασθαι τοῖς τε [Ἕλλησιν ἄρ-]
ξαι πρῶτον ἐλ[ευθερίας]
[κ]αὶ ἀΐμνηστ[ον δόξαν]
[κα]ταθ[έ]σθαι, κα[ὶ

Lectiones autem papyri, quae dissentiunt a textu vulgato, sunt hae.

(v. 3). Papyrus praebet superlativum *πλείστους*, ubi codices habent *πλείους* (solus codex M habet formam non contractam *πλείονας*). Quod ad sententiam attinet, dici non posse puto, utra lectio per se praeferenda sit, cum et comparativum et superlativum plurimis locis cum articulo coniunctum inveniamus et has formas paene idem valere constet. Tamen causam non video, cur scripturam codicum mediaevalium sola ex auctoritate papyri mutemus. (v. 8, 9). Infinitivos *βουλεύεσθαι* et *ἀγωνίσασθαι*, quos praebet papyrus, minime ad sensum quadrare apparet et recte editores annotant aut hoc loco in volumine structuram verborum confusam fuisse aut litteras *αι* et *ε* posterioris aetatis pronuntiatione inter se permutatas esse quod saepius invenitur.[1]) (v. 10). Pro *πρῶτοι* lectione omnium codicum invenimus in papyro adverbium *πρῶτον*; sed constructio personalis, quae antiquior est et sermoni Thucydideo melius convenit, haud dubie probanda est. (v. 11). Legimus in papyro pro *ἀίδιον δόξαν*, quod nomen ceteri codices praebent, *ἀΐμνηστον* — per itacismum pro *ἀείμνηστον* scriptum — *δόξαν*, cuius adiectivi forma *αἰείμνηστον* uno tantum loco apud Thucydidem invenitur (l. I c. 33, 1 *μετ' αἰειμνήστου μαρτυρίου*), cum *ἀίδιος* nomen praeter hunc locum compluribus locis (l. IV c. 20, 1 *ἀίδιον ἔχθραν*, c. 63, 1 *ἐς ἀίδιον*) apud Thucydidem legamus atque minime tantum papyri lectionis causa textum in omnibus codicibus medii aevi traditum mutandum esse puto; nam haud du-

1) Cf. supra p. 30 in fragmento Gissensi *χαλεπαίνεται* pro *χαλεπαίνετε*.

bie adiectivum *ἀίδιος*, quod est „perpetuus", hoc loco non minus convenit, quam *ἀείμνηστος*, quod est „perpetuo memorabilis".

XI.

Sequuntur novem fragmenta voluminis papyracei Oxyrhynchici, quibus continentur partes libri quinti (ed. in The Oxyrh. Pap. vol. VI p. 187 ss. nr. 880). E fragmentis primum ea reperta sunt, quae editores significaverunt litteris a usque ad d et in quibus exstant partes capitum 32—34. Nonnullis diebus post non procul ab illo loco etiam reliqua fragmenta in lucem prolata sunt, quibus continentur partes capitum 96—105 et 111. E ductibus litterarum recte et semicursive scriptarum editores efficiunt volumen exaratum esse exeunte saeculo secundo. Puncta et paragraphos usitatas appositas videmus et ii loci, ubi (in capitibus 96—111) persona loquentis mutatur, punctis geminatis significantur. Pro littera *ν* in fine verborum nonnullis locis notam libratam super vocalem antecedentem invenimus et littera *ι* muta plerumque adscripta est. Verba, quae editores legerunt, sunt haec:

Fr. (a).

V c. 32,1 *περὶ δὲ τοὺ]ς αὐ̣[τοὺς χρόνους τοῦ θέ-*
ρους Σκιωναίους] μὲν Ἀθ[ηναῖοι ἐκπολιορ-
κήσαντες ἀπέκ]τειναν [τοὺς ἡβῶντας, παῖ-
δας δὲ καὶ γυν]αῖκας [ἠνδραπόδισαν
καὶ τὴν γῆν Πλατ]αιεῦσιν̣ [ἔδοσαν νέμε-
σθαι· Δηλίους δὲ κα]τήγαγο[ν πάλιν ἐς Δῆλον,
ἐνθυμούμενοι] τ̣ά̣[ς τε ἐν ταῖς μάχαις

Fr. (b).

33, 2 *ἀδύ]να[τοι δ' ὄντες δι]α̣[σῶσαι τό τε] ἐν [Κυ-*
ψέλοις] τ[εῖχος καὶ τ]ὰς ἐν [Παρρασίοις] πόλ[εις
3 *ἀπῆλ[θο]ν. Λακεδα[ιμ]ό[νιοι δ]ὲ τούς τε Π[αρ-*
ρ]ασίους αὐτονόμους π[οιήσαν]τες καὶ τὸ [τεῖ-
34, 1 *χος κα]θελόντες ἀνεχώρησαν ἐπ' οἴκου. κα[ὶ*

τοῦ α]ὐ[τ]οῦ θέρους, ἤδη ἡκόντων αὐτοῖς τ[ῶν
ἀ]πὸ Θράικης μετὰ Βρασίδου ἐξελθόντων
στ]ρατιωτῶν, οὓς ὁ Κλεαρίδα[ς] μετὰ τὰ[ς σπον-
δὰς ἐκ]όμισε, οἱ Λακ[εδαι]μ[ό]νιοι ἐψη[φίσαν-
το τοὺς μ]ὲν μετὰ Βρα[σίδου] Εἵλωτας μ[αχεσα-
μένου]ς ἐλευθέρους ε[ἶ]ναι καὶ οἰκεῖν ὅ[που
ἂν βούλ]ωνται· καὶ ὕστερ[ο]ν οὐ πολλῷ α[ὐτοὺς
μετὰ τ]ῶν νεοδαμώδων ἐς Λέπρεον [κατέ-
στησαν,] κείμενον ἐπὶ τῆι Λακωνικ[ῆι καὶ
34, 2 *τῆι Ἠλ]είαι, ὄντες ἤδη διάφοροι Ἠ[λ]εί[οις· τοὺς*
δ' ἐκ τ]ῆς νήσου ληφθέντα[ς σφῶν καὶ τὰ
ὅπλα] παραδόντας, δε[ίσ]αντες [μή τι διὰ τὴν
ξυμφ]ορὰν νομ[ίσ]αν[τ]ε[ς] ἐλα[σσωθήσεσθαι
καὶ ὄν]τε[ς ἐπ]ίτι[μοι] ν[εωτ]ερίσ[ωσιν, ἤδη καὶ ἀρ-
χάς τινας ἔχον]τας ἀ[τί]μους ἐ[ποίησαν, ἀτι-
μίαν δὲ τοιάνδε] ὥστε μήτε ἄ[ρχειν μήτε πρι-
αμένους τι ἢ πωλοῦ]ντας κ[υρίους εἶναι.

Fr. (c).

39, 3. 40, 1 *ἔτος τῶ[ι πολέμωι ἐτελεύτα. ἅμα δὲ τῶι ἦρι εὐ-*
θὺς τ[οῦ ἐπιγιγνομένου θέρους οἱ Ἀργεῖοι, ὡς οἵ
τε π[ρέσβεις τῶν Βοιωτῶν οὓς ἔφασαν πέμψειν
οὐχ ἧ[κον, τό τε Πάνακτον ᾔσθοντο καθαιρού-
μεν[ον καὶ ξυμμαχίαν ἰδίαν γεγενημένην
τοῖς [Βοιωτοῖς

Fr. (d).

π[
τ[
θ[
το̣[

ξ[
σ[
γα[
π̣[

Fr. (e), (f), (g).

96 *τούς τε μὴ προσήκο]ν̣τ̣[ας καὶ ὅσοι ἄποικοι ὄν-*
τες οἱ πολλοὶ καὶ ἀ]ποσ[τάντες τινὲς κεχείρων-
97 *ται ἐς τὸ αὐτὸ τι]θ̣[έ]ασι. [: δικαιώματι γὰρ οὐδετέ-*

ρους ἐλλείπει]ν̣ ἡγοῦν[ται, κατὰ δύναμιν δὲ τοὺς
μὲν περιγίγνε]σθαι; ἡμᾶς δ[ὲ φόβωι οὐκ ἐπιέ-
ναι· ὥστε ἔξω το]ῦ κ[αὶ] πλεόν[ων ἄρξαι καὶ τὸ ἀ-
σφαλὲς ἡμῖν διὰ τὸ κα]ταστρα[φῆναι ἂ]ν̣ π̣[αρά-
σχοιτε, ἄλλως τε καὶ νη]σιῶται [ναυκρ]ατόρ[ων,
καὶ ἀσθενέστεροι ἑτέρων ὄντες, εἰ μὴ π]εριγέ-
98 νοισθε.: ἐν δ' ἐκείνωι οὐ νομίζετε ἀσ]φά[λ]ει-
αν· δεῖ γὰρ αὖ καὶ ἐνταῦθα ὥσπερ ὑμεῖς τῶν] δι-
καίων λόγων ἡμᾶς ἐκβιβάσαν]τες [τῶι ὑμε-
τέρωι ξυμφόρωι ὑπακούειν] πείθετ[ε, καὶ ἡ-
μᾶς τὸ ἡμῖν χρήσιμον διδάσκο]ντας, [εἰ τυγχάνει
καὶ ὑμῖν τὸ αὐτὸ ξυμβαῖνον], πειρᾶσ[θαι πείθειν
ὅσοι γὰρ νῦν μηδετέροις ξυμμ]αχοῦ[σι, πῶς οὐ

Fr. (h).

103, 2 ὃ ὑμεῖς ἀ]σ̣[θενεῖς τε καὶ ἐπὶ ῥοπῆς μιᾶς ὄντες μὴ
βούλεσ]θε παθ[εῖ]ν, μ[ηδ' ὁ]μ̣ο̣[ιωθῆναι τοῖς] π̣[ολ-
λοῖς, ο]ἷς παρὸν ἀνθρωπείω[ς ἔτι σώ]ζεσθαι, ἐπει-
δὰν] πιεζουμένους αὐτο[ὺς ἐπιλί[πωσιν αἱ φα-
νε]ρ[α]ὶ ἐλπίδες, ἐπὶ τὰς ἀφα[νεῖς κα]θίστανται,
μαντικήν τε καὶ χρησμοὺς καὶ ὅσα τοιαῦτα με-
104 τ'] ἐλπίδων λυμαίνεται.: χαλεπὸν μὲν καὶ ἡ-
μεῖς, εὖ ἴστε, νομίζομεν πρὸς δύναμίν τε
τὴν ὑμετέραν καὶ τὴν τύχην, εἰ μὴ ἀπὸ τοῦ ἴσου
ἔσται], ἀγωνίζεσθαι· ὅμως δὲ πιστεύομεν τῆι
μὲν τ]ύχηι ἐκ τοῦ θείου μὴ ἐλασσώσεσθαι, ὅ̣τ̣ι̣
ὅσιοι] ⟦ὅσιοι⟧ οὐ πρὸς δικαίους ἱστάμεθα, τῆς δὲ
δυνά]μ̣[εως] τῷ ἐλλείποντι τὴν Λακεδαιμο-
ν]ίων ἡμῖν ξυνμαχίαν προσέσεσθαι, ἀνάγ-
κην ἔχουσαν, καὶ εἰ μὴ τοῦ ἄλλου, τῆς γε συγγε-
νείας ἕνεκα αἰσχύνηι βοηθεῖν. καὶ οὐ παντά-
105, 1 πασι οὕτως ἀλόγως θρα[συν]όμεθα. [:] τῆς μὲν
τοίνυν πρὸς τὸ θεῖον ε[ὐ]μενείας οὐδ' ἡμεῖς οἰ-
όμεθα λελείψεσθαι. οὐδὲν γὰρ ἔξω τῆς ἀνθρω-
πείας τῶν μὲν ἐς τὸ θεῖον νομίσεως τῶν δὲ
ἐς σφᾶς αὐτοὺς βουλήσεως δικαιουμένης πράσ-

105, 2 σομεν. ἡγούμεθα γὰρ τό τε θεῖον δόξηι, τὸ ἀν-
θρώπειόν τε σαφῶς διὰ παντὸς ἀπὸ φύσ[εως]
ἀναγκαίας, οὗ ἂν κρατῆι, ἄρχειν. καὶ ἡμεῖς οὔτε
θέντες τὸν νόμον οὔτε κοινῶι πρῶτοι χρη-
σάμενοι, ὄντα δὲ παραλαβόντες καὶ ἐσόμενον
ἐς ἀεὶ καταλείψοντε[ς] χρώμεθα αὐτῶι, εἰδό-
τε]ς καὶ ὑμᾶς καὶ ἄλλους ἐν τῆι αὐτῆι δυνάμει
3 ἡ]μῖν γενομένους δρῶντας ἂν αὐτό. καὶ πρὸς
μὲν] τὸ θεῖον οὕτως ἐκ τοῦ εἰκότος οὐ φοβού-
με]θα ἐλασσ[ώ]σεσθαι· τ[ῆς δὲ ἐς Λ]ακεδαιμ[ονί-
ους δόξης, ἣν διὰ τὸ αἰσχρὸν δὴ βοη]θήσ[ειν

Fr. (i).

111, 2 παρέ[χε]τε, εἰ [μὴ μεταστησάμενοι ἔτι ἡμᾶς
ἄλλο τι [τ]ῶνδε [σωφρονέστερον γνώσεσθε.
3 οὐ γὰρ δὴ ἐπί γε τὴ[ν ἐν τοῖς αἰσχροῖς καὶ πρού-
πτοις κινδύνοι[ς πλεῖστα διαφθείρουσαν
ἀνθρώ]π[ο]υς [αἰσχύνην τρέψεσθε. πολλοῖς
γὰρ προορ]ω[μένοις

32, 1 De textu papyri recensendo annotanda sunt haec. (v. 1, 2).
Papyri lectionem dissensisse a textu tradito e numero litterarum,
quarum singulis in versibus fere trecenae quaternae vel quinae
fuerunt, concludi potest, cum aliter hoc in versu ab littera ς in
verbo *τούς* (v. 1) usque *ν* in *μέν* (v. 2) litteras quadraginta
fuisse textus vulgatus nos doceat. Et recte editores papyri sus-
picari puto pronomen *τούτου* defuisse, quam lectionem minime
probandam esse apparet. (Hoc autem verbum etiam in papyro
tantum errore omissum et supra versum insertum esse potest).
34, 1 (v. 14). Sicut omnes codices etiam papyrus praebet *ἀπὸ Θρᾴ-
κης*, pro qua praepositione sequentis *ἐξελθόντων* causa *ἐπί* ex-
spectatur, quam correctionem Hudeus in textum recepit. Lec-
tionem traditam Classenius defendit opinatus verbum antecedens
ἡκόντων causam fuisse, cur pro *ἐπί* praepositionem *ἀπό* invenia-
mus; sed tum verba transponenda essent *ἡκόντων αὐτοῖς ἀπὸ
Θρᾴκης τῶν μετὰ Βρασίδου ἐξελθόντων*. Deprendimus igitur

iterum veterem corruptelam, quam equidem transposito articulo ἀπό Θρᾴκης τῶν sanare malim. (v. 21, 22 ibid.). In papyro legimus ἐπὶ τῆι Λακωνικῆι καὶ τῆι Ἠλείαι, cum in codicibus ἐπί cum genetivo coniunctum videamus. Atque plerisque locis, ubi apud Thucydidem haec praepositio idem significat atque ἐν, cum genetivo coniungitur (et permulti loci leguntur); tamen etiam locus invenitur (l. I c. 56, 2 οἰκοῦσιν ἐπὶ τῷ ἰσθμῷ), ubi consensu omnium codicum papyri lectio confirmatur; quamquam papyri lectio per se non est falsa, tamen alteram, quae saepius apud Thucydidem legitur et quam hoc loco omnes codices mediaevales praebent, praeferam.

(v. 33). Codices habent ἥκοντο (BCFEM) aut ἵκοντο, quae 40, 1
formae aperte spernendae errore librarii ortae sunt. Iam Kruegerus lectionem haud dubie rectam ἧκον restituit, quam etiam papyrus praebuisse videtur. In quo tantum litterae η verbi ἧκον legi potest, sed recte editores annotant hunc versum papyri etiam sine supervacanea syllaba το suppleri posse.

Fragmenti parvi (d) tam paucae litterae servatae sunt, ut haud operae pretium sit examinare, cuius capitis verba in eo steterint. Veri simile autem est fragmentum partes capitum 30 usque 40 praebuisse, quia una cum fragmentis ab editoribus litteris a—c significatis repertum est.

(v. 49). Quamquam tantum paucae litterae hoc in versu pa- 97
pyri servatae sunt, tamen cognosci potest, quod maximo gaudio nos afficere debet, papyro coniecturam confirmari, quam iam Kruegerus hoc loco fecit. Nam omnes codices praebent collocationem verborum ἔξω καὶ τοῦ πλεόνων ἄρξαι, quam ille corrigere voluit in ἔξω τοῦ καὶ πλεόνων . . . et haec collocatio multo melius ad sensum quadrat, cum ita verbum καί, quod hic „etiam“ significare in aperto est, ante comparativum πλεόνων ponatur, ad quem refertur et cum quo artissime cohaeret. Qua de causa pro certo habeo papyri lectionem textui vulgato praeferendam esse.

(v. 63). In scriptura πιεζουμένους consentit fragmentum 103, 2
cum codice C, cum ceteri codices praebeant formam πιεζομένους atque dubium non est, quin scriptura πιεζομένους recta sit et

altera forma recentior minime ad dialectum Thucydideam conveniat. Papyrum quoque in fine eiusdem versus praebere rectam lectionem *ἐπιλίπωσιν* codicum AB pro *ἐπιλείπωσιν* ceterorum veri simile est, ut editores annotant, cum illa scriptura spatium lacunae melius expleat.

104 (v. 71). Papyri lectionem *οὐ πρὸς δικαίους* falsam esse elucet, cum verba *οὐ* et *δικαίους* idem atque *ἀδίκους* significantia separari non possint atque ceteris in codicibus hoc loco collocationem rectam *πρὸς οὐ δικαίους* legimus. (v. 75). Ante *αἰσχύνῃ* in fragmento verbum *καί* deest, quod recte ceteri codices habent et facile intellegitur in papyro inter *ενεκααισχυνηι* errore librarii verbum *καί* omissum esse.

105, 1 (v. 77). Ut in omnibus codicibus sic in papyro legimus *πρὸς τὸ θεῖον*, pro qua lectione Kruegerus *τοῦ θείου* et Meinekius *περὶ τὸ θεῖον* coniecerunt. Sed cum Classenio consentiens iustam causam non video, cur textum traditum nunc etiam papyri auctoritate confirmatum mutemus. (v. 80). Pro tradita scriptura *βουλήσεως δικαιοῦμεν ἢ πράσσομεν* in papyro lectionem novam *βουλήσεως δικαιουμένης πράσσομεν* invenimus. Atque hac lectione sensum multo clariorem fieri putem et locum sic interpretor: „Nihil contra ea facimus, quae iusta ab hominibus adversus deos creduntur, adversus ipsos cupiuntur.“ Nomen adiectivum *ἀνθρωπείας*, quod pertinet ad duo substantiva *νομίσεως* et *βουλήσεως* hoc modo praemittitur atque participium item pertinens ad haec substantiva postponitur. Atque quo modo in codicibus mediaevalibus altera lectio orta sit, in aperto est; nam pro *δικαιουμενηςπρασσομεν* litteris non recte seiunctis et *σ* omissa librarii errore scriptum est *δικαιοῦμεν ἢ πράσσομεν*, qua in lectione adiectivum, quo aliquid simile ac participio *δικαιουμένης* significetur, desiderari putem. Qua de causa papyri lectionem sine ulla dubitatione praefero.

2 (v. 82). Pro *ὑπὸ φύσεως* scriptura omnium codicum habet papyrus *ἀπὸ φύσεως*. Sed haec praepositio hoc loco minime probanda est, cum *ὑπὸ φύσεως* cum *ἄρχειν* verbo coniungendum sit; respondent enim inter se *δόξῃ* et *ὑπὸ φύσεως* et prae-

positio ὑπό propius accedit ad dativi instrumentalis vim quam ἀπό. Lectio igitur papyri sine dubio abicienda est. (v. 84). Item scripturam papyri κοινῶι pro κειμένωι, quam lectionem in codicibus invenimus, falsam esse constat, cum haud dubie antecedens participium θέντες nos doceat formam κειμένῳ (nam κεῖσθαι semper pro perfecto passivi verbi τιθέναι invenimus) a sensu postulari et rectam esse. (v. 86). Fragmentum consentit in scriptura falsa ἀεί cum codicibus plurimis; rectam αἰεί solus codex E praebet. Nam Thucydidem αἰεί scripsisse constat. (v. 87). In papyro post ὑμᾶς prius ἄν omittitur, quod codices habent. Sed fragmenti lectio vix est probanda; nam particulam ἄν consulto et subiecto et verbo appositam esse puto (cf. exempli gratia Thucyd. l. V c. 9, 5 ἃ τὸν πολέμιον μάλιστ' ἄν τις ἀπατήσας τοὺς φίλους μέγιστ' ἂν ὠφελήσειεν). (v. 88). Ut in omnibus codicibus sic in papyro legitur αὐτό, quam formam rectissime mutavit in ταὐτό sensu haud dubie postulatam iam Stahlius (praeeunte scholiasta, qui annotat: εἰδότες ὅτι καὶ ὑμεῖς καὶ ἄλλος ὁστισοῦν ἐν τῇ ὁμοίᾳ δυνάμει γενόμενος ἡμῖν τὸ αὐτὸ ἂν ἔπραττεν). Et quamquam forma αὐτό papyro, perantiquo teste, adiuvatur, tamen optimo iure omnes editores Stahlium secuti sunt.

Si nunc textum, quem praebet fragmentum, in universum spectamus, has tantum duas lectiones novas, quas rectas existimem, enumerare possum: c. 97 τοῦ καί pro καὶ τοῦ, c. 105, 1 δικαιουμένης pro δικαιοῦμεν ἤ. Sex autem lectiones haud dubie falsas praebet fragmentum, ubi codices mediaevales rectam scripturam habent: c. 34, 1 ἐπὶ τῇ Λακωνικῇ καὶ τῇ Ἠλείᾳ pro ἐπί cum genetivo, c. 104 οὐ πρός pro πρὸς οὐ, ibidem καί omissum ante αἰσχύνῃ, c. 105, 2 ἀπό pro ὑπό, ibidem κοινῷ pro κειμένῳ et ἄν omissum post ὑμᾶς.

In his autem lectionibus falsis consentit papyrus cum non nullis codicibus: c. 103, 2 πιεζουμένους pro πιεζομένους (cum cod. C), c. 105, 2 ἀεί pro αἰεί (cum cod. ABCFGM), ibidem αὐτό pro ταὐτό (c. omnibus codicibus). Tamen fragmentum neutri familiarum codicum inseri posse apparet neque permultum in textu recensendo valet, cum multas falsas et paucas lectiones probandas praebeat.

XII.

Eiusdem libri (V) partes capitum 60 et 61 praebet papyrus parva, novissima adhuc inter reliquias Thucydidis in lucem prolata (The Oxyrhynch. Pap. vol. IX (1912), p. 187 nr. 1180). Volumen papyraceum, cuius fragmenta parca reperta sunt, ab editore saeculo tertio tribuitur. Servata est pars inferior columnae unius et paucae litterae columnarum finitimarum, in quibus iterum textum magis corruptum et minus diligenter scriptum invenimus, quam codices medii aevi praebent. Haec autem verba in fragmento non magni pretii leguntur:

Col. I.

l. V c. 60, 3 ἐν ῷ̣ Λακε]δαι-
[μόνιοί τε πανστρατιᾷ ἦσαν]
[καὶ Ἀρκάδες καὶ Βοι]ωτοὶ
[καὶ Κορίνθιοι καὶ Σι]κυώ-
[νιοι καὶ Πελληνῆς καὶ] Φ̣[λ]ι̣-
[άσιοι]

Col. II.

61, 1 [οἱ Ἀργεῖοι (ὅμως γὰρ τὰς]
σ̣[π]ο̣υ̣[δ]ὰ̣ς̣ ᾤ̣[κνουν λῦσαι
πρὸς [το]ὺς Λακεδαι[μονίους)
ἀπιέναι ἐκέλευο[ν αὐτοὺς
καὶ πρὸς τὸν δῆμο[ν οὐ προσ-
ῆγον βουλομένου[ς χρη-
ματίσαι, πρὶν ἢ Μα[ντινῆς
καὶ Ἠλεῖοι (ἐπ[ι]παρῆσ̣[αν)κα-
2 τηνάγκασαν δεόμε̣[νοι. καὶ
ἔλεγον Ἀθῆνοι Ἀλκιβ[ιάδου
πρεσβευτοῦ παρό[ν]το[ς ἔν τε
τοῖς Ἀργεί[οι]ς καὶ τοῖ[ς ξυμ-
μάχ[οι]ς ταῦτα, ὅ[τι] οὐκ ὀ[ρθῶς
αἱ σπονδαὶ ἄνευ τῶν ἄλ[λων
ξυμμάχων γένοιτο, κ[αὶ
νῦν (ἐν καιρῷ γὰρ παρεῖ-⟩

ναι σφεῖς) ἅπτεσθαι χρῆ̣ν̣α̣ι
61, 3 τοῦ πολέμου. καὶ πείσαντες
ἐκ τῶν λόγων τοὺς ξυμμά-
χους εὐθὺς ἐχώρουν ἐπὶ Ὀρ-
χομενὸν τὸν Ἀρκαδικὸν
πάντες πλὴν Ἀργείω̣ν· [ο]ὗ̣-
τοι δ' ὅ̣μως καὶ πεισθέντ[ες
ὑπελίποντο τὸ πρῶτον,[
ἔπειτα δ' ὕστερον καὶ ο[ὗ-
[τοι ἦλθον.]

Col. III.

62, 2 τ[ῇ Μαντινεία̣ ὡς ἐπὶ Τεγέαν ἰό-
ν̣[τες, καί τινες αὐτοῖς καὶ
α[ὐτῶν Τεγεατῶν ἐν τῇ πόλει ἐνε-
63, 1 δ[ίδοσαν τὰ πράγματα. Λακεδαι-
μ[όνιοι δὲ ἐπειδὴ ἀνεχώ-
ρ[ησαν ἐξ Ἄργους τὰς τετρα-
μ̣[ήνους σπονδὰς ποιησάμενοι,

De lectionibus papyri tantum haec annotanda sunt. (v. 11). Sicut codices etiam papyrus habet scripturam πρὶν ἤ, quam iam Haaseus et Kruegerus in πρὶν δή haud dubie recte mutarunt. Papyrus autem nos docet hanc lectionem iam antiquis temporibus exstitisse. (v. 12). Textum vulgatum ἔτι γὰρ παρῆσαν papyri scripturae ἐπιπαρῆσαν[1]) praeferendum esse apparet atque luce clarius est lectionem papyri mendo librarii negligentis tribuendam esse, ut recte Huntius annotat (facile e similitudine litterarum ante παρῆσαν particula γάρ excidere potuit). 61, 1

Item (v. 14) papyri lectio Ἀθηναῖοι (lapsu librarii Ἀθῆνοι scriptum est) sine articulo minime probanda est contra scripturam codicum, qui omnes hoc loco articulum recte praebent. In v. 16 articulus τοῖς ante ξυμμάχοις, in ceteris codicibus omis-

1) Non recte editores scribunt ἐπὶ παρῆσαν; nam compositum duplex ἐπιπάρειμι legitur in omnibus codicibus Thuc. I 61, 1, ubi recte Ullrichius pro ἐπιπαρόντας scripsit ἐπιπαριόντας.

sus, in papyro haud male additus videtur, cum in membro priore particula *τε* articulum *τοῖς* antecedat; sed vereor hoc uno teste nisus structuram codicum paullo duriorem mutare. (v. 19). Codices mediaevales praebent lectionem *καὶ γένοιντο*, cum in fragmento forma singularis *γένοιτο* (manifeste falsa) inveniatur et particula *καί* ante *γένοιντο* omissa sit. Particulam *καί* satis dure insertam esse adnotant Popponius et Classenius, et si papyrum sequimur oratio lenius procedit, attamen puto lectionem ceterorum codicum sic posse verti „non recte indutias sine reliquis sociis omnino factas esse", itaque particulam *καί* servare malim. (v. 28).

61, 3 Pro imperfecto *ὑπελείποντο* omnium codicum habet papyrus *ὑπελίποντο*. Ṣed hoc loco imperfectum omnino praeferendum est — Argivi enim primo aliquamdiu remanebant — et ni fallor librarius ipse in orthographia minus versatus *ὑπελίποντο* imperfectum esse voluit, nam frequentissima haec vitia itacistica in codicibus illius aetatis sunt. Eodem in versu legimus in fragmento *τὸ πρῶτον* pro adverbio *πρῶτον* sine articulo textus vulgati, quae lectio certe praeferenda est, cum papyri textum satis corruptum et negligenter scriptum esse videamus; facile post *ὑπελείποντο* a librario litterae *το* bis legi et in textum inseri potuerunt.

XIII.

Exiguum fragmentum voluminis Oxyrhynchici nunc mihi afferendum est (edit. in The Oxyrh. Pap. vol. III p. 105 nr. 453), quod continet partes capitis 32 libri sexti. Litteras, quae sunt unciales magnitudine mediae, ineunti saeculo secundo vel exeunti primo attribuendas esse editores censent. Verba autem, quae legimus in papyro, consentiunt cum textu vulgato:

l. VI c. 32, 2 *[παιανίσαν-]*
τες δὲ καὶ τελ]ε[ώσαν-
τες τὰς σπον]δὰ[ς ἀνή-
γοντο, κα]ὶ ἐπ[ὶ] κέρ[ως τὸ
πρῶτον] ἐκπλεύσ[αντες
ἅμιλλα]ν ἤδη μέ[χρι Αἰγί-
νης ἐποι]οῦντο. κα[ὶ οἱ

μὲν ἐς τὴ]ν Κέρκυρα[ν, ἔνθα-
περ καὶ] τὸ ἄλλο στρ[άτευ-
μα τῶν] συμμάχω[ν συνε-
λέγετο], ἠπείγοντο [ἀφι-
32, 3 κέσθαι]. ἐς δὲ τὰς Συρ̣[ακού-
σας ἠγ]γέλλετ[ο μὲν πολ-
λαχόθε]ν̣ τὰ πε[ρὶ τοῦ ἐπί-
[πλου, οὐ μέντοι ἐπιστεύετο]
[ἐπὶ πολὺν χρόνο]ν̣[

Una tantum scriptura, quae attinet ad orthographiam, differt a codicibus medii aevi. In versu 9 papyrus habet *συμμάχων* pro *ξυμμάχων* scriptura recta; nam satis certe constat Thucydidem *ξυν* scripsisse, quae forma in titulis Atticis usque ad annum 410 praevalet.

XIV.

Fragmentum Faiiumense, quod nunc sequitur, primum repertum est inter omnia, quae nobis servata sunt in papyris membranisque Aegyptiacis, atque editum est a Carolo Wessely (Wiener Studien VII, 1885 p. 116 ss.), qui singula frustula invenit in collectione Raineriana. Servata est pagina una codicis membranacei, quae continet partes capitum 91 et 92 libri octavi. In recto supersunt versus viginti septem et in verso viginti sex. In margine, qui utraque in parte laesus est et inter singulos versus notae et scholia adscripta sunt, quae simillima sunt scholiis reliquis Thucydideis nobis servatis, et dubium non est, quin haec temporibus recentioribus tribuenda sint. Notis ÷ o et $\overset{N}{o}$ ad scholia, relegamur. Cui autem aetati codex tribuendus sit, Wesselyus non diiudicat neque aliud dicit nisi codicem antiquiorem esse quam omnes codices Thucydideos usque ad illud tempus cognitos, Landwehrus (Philologus 44 p. 743) e forma uncialium litterarum cognoscere voluit codicem fere saeculo septimo exaratum esse. Sed Iosefus Bick a me per Alfredum Koerte rogatus fragmentum saeculo fere quinto tribuendum esse censet, quod iam ex aliis fragmentis una cum hoc repertis col-

ligi possit; Bickio assentitur etiam Wesselyus. Atque hunc textum in fragmento invenimus:

Recto.

l.VIII c.91,3 πρὸ τῶν ἄλλων μάλιστα δι]αφθαρῆν̣α̣ι̣, [ἀλλὰ κ]α̣ὶ̣
τοὺς πολεμίους ἐσαγαγόμ]ενοι ἄνευ τ̣[ειχ]ῶ̣ν κ[αὶ
νεῶν ξυμβῆναι καὶ ὁπω]σ̣οῦν τὰ̣ τῆς π̣όλ̣εως [ἔ-
92,1 χειν, εἰ τοῖς γε σώμασι σφ]ῶν ἄδεια ἔσται̣. δι' ὅπερ
καὶ τὸ τεῖχος τοῦτο καὶ πυλ]ί̣δ̣ας ἔχον καὶ ἐ̣σόδους
ἐπεσαγωγὰς τῶν πολεμ]ί̣ων ἐτείχιζο̣ν τε̣ π[ρο-
θύμως καὶ φθῆνα]ι ἐβούλοντο ἐξεργασ̣ά̣[με-
2 νοι. πρότερον μὲ]ν̣ οὖν κα̣τ̣' ὀλίγους τε̣ κ̣α̣[ὶ κρύ-
φα μᾶλλον τὰ λεγόμε]να ἦν· ἐπειδὴ δὲ ὁ Φ̣[ρ]ύ̣[νι-
χος ἥκων ἐκ τῆς ἐς] Λακεδαίμονα πρεσβε̣ία̣[ς πλη-
γεὶς ὑπ' ἀνδρὸς τῶν] περ̣ιπόλων τινὸς ἐξ ἐ̣π̣[ιβου-
λῆς ἐν τῆι ἀγορᾶ]ι π̣ληθούσηι καὶ οὐ̣[πολὺ ἀπὸ
τοῦ βουλευτηρίου] ἀ̣πελθὼν ἀπέθανε̣ π̣α̣[ρα-
χρῆμα, καὶ ὁ μὲν π]α̣τάξας ἀπέφυγε, ὁ δ̣ὲ̣ ξ[υνερ-
γ̣ό̣ς, Ἀργεῖος ἄνθρ]ω̣π̣ο̣ς, ἐλήφθη καὶ βασα̣[νιζό-
μενος ὑπὸ τῶ]ν τετρακο̣σίων οὐδα[μ]ῶ̣ς [τοὔνο-
μα τοῦ κελεύσαντ]ο̣ς εἶπεν οὐ̣δ' ἄλλο ἢ ὅ̣τ[ι εἰδεί-
η πολλοὺς ἀνθρώ]πους καὶ ἐς τ̣οῦ περ[ιπολάρ-
χου καὶ ἄλλοσε κατ' ο]ἰ̣κ̣ίας ξυν̣ιόν̣τας̣, τό̣[τε δὴ
οὐδενὸς γεγενημέν]ου ἀπ' αὐτο̣ῦ̣ ν[ε]ω̣τέρου [καὶ
ὁ Θηραμένης ἤδη] θ̣ρασύ[τε]ρ̣ον καὶ ὁ̣ Ἀριστο̣[κράτης
καὶ ὅσοι ἄλλοι τῶν] τετρ̣[ακ]ο̣σίων αὐτῶ̣ν κ[αὶ
τῶν ἔξωθεν ἦσαν ὁμ]ο̣γνώμ̣ονες ἤιεσ[αν ἐπὶ τὰ
3 πράγματα. ἅμα γὰρ κ]α̣ὶ̣ ἀπὸ τῆς Λᾶ̣ς αἱ ν[ῆες ἤ-
δη περιπεπλευκυῖαι κ]αὶ ὁ̣ρμισάμεναι [ἐς
τὴν Ἐπίδαυρον τὴ]ν Αἴγιναν κατατεδε[δραμή-[1])
[κεσαν· καὶ οὐκ ἔφη ὁ Θηραμένης εἰκὸς εἶναι]

Verso.

ἐπ' Εὔβοιαν πλεούσας αὐτὰς ἐς] Α̣ἴ̣[γ]ι̣[ναν κα-
τακολπίσαι καὶ πάλ]ι̣ν̣ [ἐν Ἐ]π̣ι̣δαύρωι [ὁρ-

1) Infra vers. 26 scholium additum est: οὐ ἐκ τῆς σφαγῆς τοῦ Φρυνίχου [Πελο]πόννησον αἱ νῆες αἱ μέλλουσαι.

μεῖν, εἰ μὴ παρακληθ]εῖσαι̣ [ἥκ]οιεν ἐφ' οἷσ[περ
καὶ αὐτὸς ἀεὶ κατηγόρ]ει· οὐκέτι ο̣ὖν̣ οἷόν τ̣[ε
92, 4 εἶναι ἡσυχάζειν. τέλος] δὲ πολ[λ]ῶ̣ν καὶ στασιω̣-
τικῶν λόγων καὶ ὑπ]ο̣ψιῶν π̣ροσγενομέν̣[ων
καὶ ἔργωι ἤδη ἥ]π̣τ̣ο̣ντο τῶν πραγμάτ[ων·
οἱ γὰρ ἐν τῶι] Π̣ε̣ιραιεῖ τὸ τῆς 'Ηετιω[νείας
τεῖχος ὁπλῖται ο]ἰκ̣ο̣δομοῦντε̣ς̣ ἐν οἷς [καὶ
ὁ Ἀριστοκράτ]η̣ς̣ [ἦ]ν̣ τ̣α̣ξιαρχῶν καὶ τ̣[ὴν ἑαυ-
τοῦ φυλὴν ἔχω]ν ξυλλαμβάνουσι Ἀ̣[λε-
ξικλέα στρα]τ̣ηγὸν ὄντα ἐκ τ[ῆ]ς̣ ὀ[λιγαρχί-
ας καὶ μάλιστα] πρὸς τοὺς ἑτέ̣ρους τ̣[ετραμ-
μένον καὶ ἐς οἰ]κ̣ί̣ο̣ν ἀγαγόντες εἶ̣ρξ[αν.
5 ξυνεπελάβοντο] δὲ καὶ ἄλλοι καὶ Ἕρ̣μ̣ω[ν τῶν
περιπόλων τις] τῶν Μουνυ̣χίασι τ̣ε[ταγμέ-
νων ἄρχων·] τ̣[ὸ] δ̣ὲ μέγιστ̣ον τῶν [ὁπλιτῶν
6 τὸ στῖφος τ]αυ̣τὰ ἐβο̣υλεύ̣ετο. ὡ̣[ς δὲ ἐσηγ-[1])
γέλθη τοῖς] τ̣ε̣τρακο[σ]ίοις, ἔτ̣υ[χον δὲ ἐν
τῶι βουλευ]τ̣ηρίω[ι ξ̣]υ̣ν̣κ̣αθήμεν̣[οι, εὐθὺς
ὅσοις μὴ βου]λομέ̣νοις τα̣[ῦ]τα ἦ̣ν̣, [ἑτοῖμοι[2])
ἦσαν ἐς τὰ ὅ]π̣λα ἰ̣έ̣ν̣α̣ι καὶ τῷ̣ Θηρ̣[αμένει
καὶ τοῖς μετ' αὐ]τοῦ ἠπείλο̣υν. ὁ δ̣[ὲ ἀπολογού-
μενος ἑτοῖμ]ος ἔφη̣ εἶνα̣ι συνα[φαιρησό-
μενος ἰέναι] ἤδη. καὶ̣ παραλα[βὼν ἕνα τῶν
στρατηγῶν] ὃς ἦν αὐτῷ̣ ὁμογν[ώμων

De textu membranae dicenda sunt haec. Cum versus ab utraque parte mutili sint, singula verba non semper singulis versibus certe ascribi possunt. (v. 5). E numero litterarum huius versus, quorum 92, 1
singuli hac in parte membranae fere trecenas quinas vel senas litteras habuerunt, concludendum est in fragmento post ἐσόδους omissum esse quartum καί huius enuntiati; etiam codex C omisit καί, quem recte secutus est Hudeus; nam melius ἐπεσαγωγάς vocabulis πυλίδας καί ἐσόδους apponitur. (v. 7). In scriptura ἐξεργασάμενοι consentit membrana cum omnibus codicibus prae-

1) Supra vers. 44 scholium insertum est: τ]ῇ δημοκρατείᾳ.

2) Vers. 47 scholium superscriptum est: τ[ὰ] τῆς δημοκρ[ατείας.

ter Vaticanum B, ubi legimus *ἐξειργασμένοι* et lectionem illam rectam esse apparet, cum exemplum verbi *φθῆναι* cum participio perfecti coniuncti afferri non possit.

92, 2 (v. 11). Ut ceteri codices etiam fragmentum praebet *περιπόλων τινός*, quod pronomen *τινός* Kruegerus delere vult; sed iustam causam non video, cur traditam atque nunc fragmento confirmatam lectionem corrigamus. (v. 14). Fragmentum solum habet scripturam *ἀπέφυγε* pro *διέφυγεν*, quam lectionem ceterorum codicum sine dubio praeferendam esse cum Hudeo consentio. Sicut hoc loco in membrana *ν ἐφελκυστικόν* etiam ante vocales saepe omissum esse videtur (quod e vers. 37 concludi potest, ubi legimus *ξυλλαμβάνουσι Ἀλεξικλέα*). (v. 15). Item scripturam *ἐλήφθη* fragmenti (pro *ληφθείς* codicum) non probo Hudeum secutus; quamquam *ἐλήφθη* per se minime falsum dici potest (*ὁ μὲν διέφυγεν … ὁ δὲ ἐλήφθη καὶ βασανιζόμενος … εἶπεν*), tamen huius membranae auctoritas non tanta est, ut ei in locis dubiis plus fidei habeamus quam ceteris codicibus. (v. 16). Pro lectione codicum *οὐδενός* fragmentum habet *οὐδαμῶς*, quod certe spernendum est, cum haec lectio stare non possit, nisi pro *ὄνομα* scribimus *τοὔνομα*, quod fortasse inerat in membrana. Eodem in versu e numero litterarum cognosci possumus etiam fragmentum scripturam codicum CG, qui omittunt articulum *τοῦ* ante *κελεύσαντος*, habuisse; sed quin hoc loco lectio alterius familiae codicum *τοῦ κελεύσαντος* praeferenda sit, dubium non est. (v. 17). Post *ἄλλο* solo in fragmento deest pronomen *τί*, sed eo minime carere possumus. (v. 21). Ut codices GM sic etiam membrana ante *Ἀριστοκράτης* articulum praebet, cum ceteri codices hunc omittant; atque contra Hudeum lectionem *ὁ Ἀριστοκράτης* praeferam, cum etiam antecedenti nomini proprio *Θηραμένης* articulum appositum inveniamus. (v. 23). In scriptura haud dubie falsa *ἤεσαν* pro recta *ᾖσαν* (cf. Stahl, Quaestion. gram. ad Thucyd. pert. p. 65) fragmentum consentit cum omnibus codicibus.

3 (v. 24). Fragmenti lectione confirmatur plurimorum codicum scriptura haud dubie recta *Λᾶς* pro *Λακεδαιμονίας* cod. GMC (in margine correctione manus secundae substituta) F (a manu se-

cunda ex *Λᾶς* mutata). (v. 26). In membrana legimus *κατατε-δε[δραμήκεσαν*, e qua scriptura Wesselyus recte intellexit in codice, unde haec membrana descripta est, duas lectiones varias stetisse *κα*$\overset{\text{τε}}{\text{τά}}$*δεδραμή*$\overset{\text{εσαν}}{\text{κασιν}}$. Atque formam *κατεδεδραμήκεσαν* praeferendam esse apparet, quam solus codex Mosquensis recte praebet, cum ceteri codices habeant falsam *καταδεδραμήκεσαν*.

(v. 39). In scriptura *ἑτέρους* pro *ἑταίρους* ceterorum co- 92, 4
dicum fragmentum iterum consentit cum cod. CG. Sed cum Hudeo lectionem *ἑταίρους* probo, quod verbum multo melius convenit ad sententiam. (v. 40). Initio versus litterae *κιο* (sed incerta) *ν* legi possunt, quae forma (si *ο* est certa) *οἰκίον* pro *οἰκίαν* omnium codicum nova lectio esset, at non praeferenda. In fine eiusdem versus fragmentum consensisse videtur in scriptura recta *εἷρξαν* cum plerisque codicibus (nonnulli habent falsum spiritum), cum codex C falsam formam *εἷργον* et codices EF *ἧρξαν* praebeant. (v. 41). E numero litterarum versus satis certe Wesselyus conclusit in membrana unum vel complura verba, quae praebent codices, defuisse et ille putat fragmenti lectionem fuisse *ξυνεπελάβοντο ἅμα δὲ καὶ* . . . Sed meo iudicio non solum *αὐτοῖς* sed etiam *ἅμα* in fragmento defuit, quoniam in codicibus haec verba inter *δέ* et *καὶ ἄλλοι* invenimus neque vereor hanc lectionem probare. Nam scripturam codicum CG *δὲ ἅμα αὐτοῖς*, quam praefert Hudeus, et ceterorum *αὐτοῖς ἅμα*, quam praefert Henricus Iones, ex interpretamento formae *ξυνεπελάβοντο* — quia sunt haec verba haud dubie supervacanea — in textum irrepsisse censeo.

(v. 42). Membrana quoque praebet scripturam falsam *Μουνυ-* 5
χίασι, quae in omnes paene codices (M solus habet rectam formam *Μουνιχίασι*) e falsa derivatione nominis irrepsit. (v. 45). Legimus in fragmento formam haud dubie falsam *ἐβουλεύετο*, quam etiam in codicibus CG invenimus, cum ceteri rectam lectionem *ἐβούλετο* praebeant. Super hunc versum scholium insertum videmus *τ]η δημοκρατεια* et Wesselyus putat *τῇ δημοκρατείᾳ* legendum esse et tantum litteram *ι* mutam saepius in membrana non adscriptam etiam hic omissam esse, cum Landwehrus suspicatus sit fortasse in margine notam, quae omissum *ν* significabatur,

deletam esse et legere vult τὴν δημοκρατείαν. E qua interpretatione cognosci potest iam tum vocem ταῦτα (quod praebent codices) vel ταὐτά difficultates praebuisse atque apparet, ut recte Wesselyus annotat, in scholio lectionem ταὐτά exponi, quam ego quoque cum Hudeo probem.

92, 6 (v. 46). E litterarum numero concludere licet particulam πλήν, quam ceteri codices ante ὅσοις inserunt, in membrana defuisse; recte iam Haaseus eam deleverat. (v. 50). Tum fragmentum solum habet scripturam falsam συναφαιρησόμενος pro recta ξυναφαιρησόμενος. (v. 52). In lectione ὃς ἦν consentit membrana cum codice B, cum in ceteris legamus ὅστις pro ὅς, quam scripturam Hudeus praefert. Sed cum Henrico Iones lectionem codicis B nunc etiam fragmento adiutam probem, cum hoc loco, ubi certus quidam significatur, pronomen ὅς melius ad sensum quadrare mihi videatur.

Sed nunc paucis exponamus, quae lectiones fragmenti alicuius momenti fuerint. Duas lectiones easque non plane certas probavimus contra ceteros codices: c. 92, 5 verba ἅμα αὐτοῖς, glossema, quantum video, et 92, 6 πλήν procul dubio interpolatum in membrana defuisse veri simile est. Lectiones fragmenti haud dubie falsae, quibus codices ceteri liberi sunt, enumerari possunt hae: (omittimus nonnulla orthographica) c. 92, 2 ἀπέφυγε pro διέφυγε, ibidem ἐλήφθη pro ληφθείς et τί post ἄλλο omissum, c. 92, 4 οἰκίον (?) pro οἰκίαν.

Consentiens cum nonnullis codicibus has lectiones falsas praebet fragmentum: c. 92, 2 τοῦ fortasse omissum post ὄνομα (cons. c. cod. CG), ibidem ἤεσαν pro ἦσαν (cons. c. omnib. cod.), c. 92, 4 ἑτέρους pro ἑταίρους (cons. c. cod. CG), c. 92, 5 Μουνυχίασι pro Μουνιχίασι (cons. c. omnib. cod. praeter M), ibidem ἐβουλεύετο pro ἐβούλετο (cons. c. cod. CG). Atque fragmentum, quod in tribus lectionibus falsis consentit cum codicibus CG, huic familiae codicum affine fuisse videtur.

Restat, ut exponamus, quid haec fragmenta in universum de antiquissima condicione textus Thucydidei nos docuerint. Quod iam ex aliis fragmentis papyraceis et membranaceis aliorum scriptorum cognosci potuit, id etiam his fragmentis Thu-

cydideis satis evidenter confirmatur: Inde ab initio aerae Christianae textus Thucydidis ut omnino scriptorum classicorum multo minus mutatus est quam antea putabatur, atque corruptelae permultae et satis graves iam illis temporibus in textum irrepserant, cum Byzantini diligentissimi fuerint in exemplaribus describendis et saepe sine consilio textum traditum acceperunt. Quae res evidenter elucet e compluribus lectionibus haud dubie falsis vel omni sensu carentibus, quae codicibus mediaevalibus communes sunt cum illis testibus antiquis atque exempli gratia nonnullos locos afferam, qui maxime sunt insignes: l. II c. 4, 2 verba *τοῦ μὴ ἐκφυγεῖν* (vel *ἐκφεύγειν*) e corrupto interpretamento iam altero saeculo in textum invaserant, l. II c. 37, 1 isdem temporibus falsa lectio *οἰκεῖν* pro *ἥκειν* iam exstabat (vid. frg. II), l. II c. 23, 3 item iam primo saeculo *Πειραϊκήν* pro *Γραϊκήν* (vid. frg. IV) vel l. IV c. 34, 1 *τὸ πλεῖστον* pro *τὸ πιστόν* (vid. frg. IX) scriptum erat. Immo nonnullos codices perantiquos textum magis corruptum quam codices medii aevi praebere videmus, cum rursum illis testibus antiquis non raro iis locis, ubi codices antehac cogniti falsas lectiones praebent, aut coniecturae confirmentur virorum doctorum nostrae aetatis, aut novae lectiones rectae nobis praebeantur.

Licet adhuc satis parvae partes operis Thucydidei nobis in papyris et membranis servatae sint, eas magni momenti esse ad textus historiam et recensionem restituendas demonstrasse mihi videor.

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig und Berlin.

Gercke, A., und E. Norden, Einleitung in die Altertumswissenschaft. 3 Bände. Lex.-8.

I. Band: 1. Methodik (A. Gercke). 2. Sprache (P. Kretschmer). 3. Antike Metrik (E. Bickel). 4. Griechische und römische Literatur (E. Bethe, P. Wendland und E. Norden). 2. Aufl. [XI u. 632 S.] 1912. Geh. ℳ 13.—, geb. ℳ 15.—

II. — 1. Griechisches und römisches Privatleben (E. Pernice). 2. Griechische Kunst (F. Winter). 3. Griechische und römische Religion (S. Wide). 4. Geschichte der Philosophie (A. Gercke). 5. Exakte Wissenschaften und Medizin (J. L. Heiberg). 2. Aufl. [XII u. 432 S.] Geh. ℳ 9.—, geb. ℳ 10.50.

III. — 1. Griechische Geschichte bis zur Schlacht bei Chaironeia (C. F. Lehmann-Haupt). 2. Griechische Geschichte seit Alexander (K. J. Beloch). 3. Römische Geschichte bis zum Ende der Republik (K. J. Beloch). 4. Die römische Kaiserzeit (E. Kornemann). 5. Griechische Staatsaltertümer (B. Keil). 6. Römische Staatsaltertümer (K. J. Neumann). [VIII u. 428 S.] 1911. Geh. ℳ 9.—, geb. ℳ 10.50.

Bei Bezug aller 3 Bände ermäßigt sich der Preis auf ℳ 26.— (geheftet) und ℳ 30.— (gebunden).

Gomperz, H., Sophistik und Rhetorik. Das Bildungsideal des *ΕΥ ΛΕΓΕΙΝ* in seinem Verhältnis zur Philosophie des V. Jahrhunderts. [VI u. 291 S.] gr. 8. 1912. Geh. ℳ 10.—, geb. ℳ 12.—

Kultur, die hellenische, dargestellt von Fritz Baumgarten, Franz Poland und Richard Wagner. 3., stark vermehrte Auflage. Mit 7 farbigen Tafeln, 2 Karten und über 400 Abb. im Text und auf 2 Doppeltafeln. [XI u. 530 S.] gr. 8. 1913. Geh. ℳ 10.—, geb. ℳ 12.50.

Kultur, die hellenistisch-römische. Von Fr. Baumgarten, Fr. Poland, R. Wagner. Mit 11 Tafeln, 440 Abbildungen, 4 Karten und Plänen. [XIV u. 674 S.] gr. 8. 1913. Geh. ℳ 10.—, geb. ℳ 12.50.

Laqueur, R., Polybius. [VIII u. 309 S.] gr. 8. 1912. Geh. ℳ 10.—, geb. ℳ 12.—

Literatur und Sprache, die griechische und lateinische. (Die Kultur der Gegenwart. Teil I, Abt. 8.) 3. Auflage. [VIII u. 582 S.] Lex.-8. 1912. Geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 14.—

Inhalt. I. Die griechische Literatur und Sprache: U. v. Wilamowitz-Moellendorff, Die griechische Literatur des Altertums. — K. Krumbacher, Die griechische Literatur des Mittelalters. — J. Wackernagel, Die griechische Sprache. — II. Die lateinische Literatur und Sprache: Fr. Leo, Die römische Literatur des Altertums. — E. Norden, Die lateinische Literatur im Übergang vom Altertum zum Mittelalter — F. Skutsch, Die lateinische Sprache.

Misch, G., Geschichte der Autobiographie. I. Band. Das Altertum. [VIII u. 472 S.] gr. 8. 1907. Geh. ℳ 8.—, geb. ℳ 10.—

Mitteis, L., und U. Wilcken, Grundzüge und Chrestomathie der Papyruskunde. Erster Band: Historischer Teil. Von L. Mitteis. Erste Hälfte: Grundzüge. gr. 8. [LXXII u. 437 S.] 1912. Geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 14.—. Zweite Hälfte: Chrestomathie. gr. 8. [VII u. 579 S.] 1912. Geh. ℳ 14.—, geb. ℳ 16.—. Zweiter Band: Juristischer Teil. Von U. Wilcken. Erste Hälfte: Grundzüge. [XVIII u. 298 S.] Geh. ℳ 8.—, geb. ℳ 10.—. Zweite Hälfte: Chrestomathie. [VI u. 430 S.] Geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 14.—. Ermäßigter Preis bei Bezug aller 4 Teile geh. ℳ 40.—, geb ℳ 48.—

Norden, Ed., Agnostos Theos. Untersuchungen zur Formengeschichte religiöser Rede. [XII u. 410 S.] gr. 8. 1913. Geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 13.—

—— die antike Kunstprosa vom VI. Jahrhundert v. Chr. bis in die Zeit der Renaissance. 2 Bände. 2. Abdruck. gr. 8. 1909. Band I. [XX, 450 u. 17 S.] Band II. [IV, S. 451—968 u. 18 S.] Geh. je ℳ 14.—, geb. je ℳ 16.—

Norden, F., Apuleius von

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig und Berlin.

Peter, H., Wahrheit und Kunst, Geschichtschreibung und Plagiat im klassischen Altertum. [XII u. 490 S.] 8. 1911. Geh. ℳ 12.—, geb. ℳ —

Poulsen, F., der Orient und die frühgriechische Kunst. [VIII u. 195 S.] 4. 1912. Geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 14.—

Reisinger, E., kretische Vasenmalerei vom Kamares- bis zum Palaststil. Mit 22 Abb. auf 4 Tafeln und einer Tabelle. [IV u. 52 S.] gr. 8. 1912. Geh. ℳ 3.—

Reitzenstein, R., das Märchen von Amor und Psyche bei Apuleius. [92 S.] gr. 8. 1912. Geh. ℳ 2.60, geb. ℳ 3.60.

Roemer, Ad., Aristarchs Athetesen in der Homerkritik. (Wirkliche und angebliche.) [XII u. 527 S.] gr. 8. 1912. Geh. ℳ 16.—, geb. ℳ 20.—

Roos, A. G., Studia Arrianea. [VI u. 79 S.] gr. 8. 1912. Geh. ℳ 2.80.

Schwartz, E., Charakterköpfe aus der antiken Literatur. 1. Reihe: 1. Hesiod und Pindar; 2. Thukydides und Euripides; 3. Sokrates und Plato; 4. Polybios und Poseidonios; 5. Cicero. 4. Aufl. [IV u. 128 S.] 8. 1912. 2. Reihe: 1. Diogenes der Hund und Krates der Kyniker; 2. Epikur; 3. Theokrit; 4. Eratosthenes; 5. Paulus. 2. Aufl. [IV u. 142 S.] 8. 1912. Je ℳ 2.20, geb. je ℳ 2.80.

—— Kaiser Constantin und die christliche Kirche. Fünf Vorträge. [VII u. 171 S.] gr. 8. 1913. Geh. ℳ 3.—, geb. ℳ 3.60.

Staat und Gesellschaft der Griechen und Römer. (Kultur der Gegenwart. Teil II, Abt. 4, 1.) Lex.-8. 1910. Geh. ℳ 8.—, geb. ℳ 10.—
Inhalt: I. Ulrich v. Wilamowitz-Moellendorff, Staat und Gesellschaft der Griechen. II. Benedikt Niese, Staat und Gesellschaft der Römer.

Stemplinger, E., das Plagiat in der griechischen Literatur. Preisgekrönt von der Kgl. Bayerischen Akademie der Wissenschaften in München. [VI u. 293 S.] gr. 8. 1911. Geh. ℳ 10.—, geb. ℳ 12.—

Taubenschlag, R., vormundschaftsrechtliche Studien. Beiträge zur Geschichte des römischen und griechischen Vormundschaftsrechtes. [II u. 88 S.] gr. 8. 1913. Geh. ℳ 3.—, geb. ℳ 4.50.

Teuffel, W. S., Geschichte der römischen Literatur. 6. Auflage. Unter Mitwirkung von E. Klostermann, R. Leonhard und P. Wessner neu bearbeitet von W. Kroll und F. Skutsch. 3 Bände. gr. 8.
I. Band. Bis zum Jahre 31 v. Chr. [In Vorbereitung.]
II. — Vom Jahre 31 v. Chr. bis zum Jahre 96 n. Chr. [VI u. 348 S.] 1910. Geh. ℳ 6.—, geb. ℳ 7.—
III. — Vom Jahre 96 n. Chr. bis zum 6. Jahrhundert. [U. d. Presse.]

Usener, H., Vorträge und Aufsätze. [V u. 259 S.] gr. 8. 1907. Geh. ℳ 5.—, geb. ℳ 6.—

—— Kleine Schriften: Bd. 1: Arbeiten zur griechischen Philosophie und Rhetorik. [V u. 400 S.] gr. 8. 1912. Geh. ℳ 12.—, geb. ℳ 14.—

—— Kleine Schriften: Bd. 2: Arbeiten zur lateinischen Sprache und Literatur. [IV u. 382 S.] gr. 8. 1913. Geh. ℳ 15.—, geb. ℳ 18.—. [Bd. 3 unter der Presse.]

—— Kleine Schriften: Bd. 4: Arbeiten zur Religionsgeschichte. [VIII u. 516 S.] gr. 8. 1913. Geh. ℳ 15.—, geb. ℳ 18.—

Vahlen, J., gesammelte philologische Schriften. Erster Teil: Schriften der Wiener Zeit 1858—1874. [VII u. 658 S.] gr. 8. 1911. Geh. ℳ 14.—, geb. ℳ 16.50.

Zielinski, Th., Cicero im Wandel der Jahrhunderte. 3. Aufl. [VIII u. 371 S.] gr. 8. 1912. Geh. ℳ 6.—, geb. ℳ 7.—

Б
Ф